ista maiori accipit ista minorē. Intelligis polis recipit realiter specie intelligibile: habit̄ intellectuale: et actus intelligēdi. ergo intelligis nō erit realē aliquid isto⁹. et per tñs cu intellectus polis cognoscat ista: vt de se p̄z: nō erit isti tūtus realiter et oībus entibus: ad hoc vt oia cognoscatur. ita qd nō exp̄sse vt̄ ista ppōne. sed h̄ Antiquos ignorātes assimilationē spūalē per spēs et habitus: sed solū attingentes assimilationē realē et corporalē. Uel dicēdū est: et qd̄ redit ad idez: qd per ista ppōne Aristō. pbat intellectum possibilē nō ē aliquā formā mālē: aut ē cōpositā ex reb⁹ mālib⁹. vnde arguit sic. Intellectus polis recipit species subarū māliū. igit̄ nō ē aliqua illarū realē. Aia pba⁹. qd detur oppositū tñtis. igit̄ intellect⁹ nō possit ipsas intelligere: pbat: qd intellectus: cuz sit forma mālis: ex hypothesis: si recipit formā mālem: intentionē recipit. ergo erit alteri⁹ et opposite dispōnis a recepto: vt ostensu⁹ est supi⁹: ita qd nō h̄ eandē nāz: cuz recepto in spē. vel dato qd habeat. ista nō erit rō recipiēdi spēm: et cognitionē actualez rei mālis: et ita ista cognitio nō fiet p̄ file: cuins oppositū dicebat Antiqui. Et vlt̄erius ifert: qd cu nā intelligis possibilis: per quā recipit spēs oīuz rerū sensibiliū māliū: sit opposita naturis rerū māliū: intellectus nō erit in se forma mālis: cuz hoc tñ stat qd sit act⁹ et forma imālis: qd nō cōuincit qd sit nō talis: nisi respectu eoq; que qd se p̄mo recipit: vel sub alijs verbis. nisi respectu eoq; quoq; spēs recipit: que admodū (sz Auerroyz) sunt oia mālia. cōmetator tñ cō. s. ista tñam. Intelligis recipit oēs formas māles p̄ spēs suaz. qd nō est aliqua ipsarū: aliter pbat sic: qd si de tñ oppositū tñtis. igit̄ idē moueret se: et ageret in seipuz. Aia pbat. qd ois forma mālis est intelligibilis p̄ specie p̄priā: qd nō est maior rō de vna qd de alia. qd intellectus recipet spēm sui ipsius: et ita intellectus ageret in se.

C polis intelligis sz Auer. ē in po⁹ passiu⁹ tñ. Lōclo. III.

Ertia conclusio p̄ nūc ponenda de mēte cōmentatoris. Intelligis polis est ens in pura potētia. Nec s̄ capiēdo potētia p̄ pncipio passiu⁹. Ista xclō: vt fal- siu⁹ p̄z ex ipso cōmetatore in plerisq; tñtis: sa: ifra- matice tñtē. is. vbi forte ad intentionē ipsi⁹ fo⁹. is. dicēdū ē intellectū agerē habere duplē opationē: quaz d̄strie yna est abstrahere spēm de fantasmatē: et sūt hoc facit il- lud qd ē potētia intelligibile: actu intelligibile. z⁹ opatio ē pducere actu intelligēdi in intellectu poli: et h̄ ē facere potē- tia intelligibilis actu intelligibilis: et ad vtrāq; opationē seu actio- nē se h̄ intelligis polis pure passiu⁹: qd intellectui agenti in rōe actui corridet intelligis polis, padeq; passiu⁹. Et hec sunt qd de tñtatore potui colligere: cui absurdiora nolui- iponere qd ipē senserit: vel ex dictis ei⁹ sequatur.

C Impugnatio positiois Auer. cōstās tripartito ordine p̄mi Articuli pncipalis. Pars. II.

Ontra que istat: et vt ipugnatio habeat aliquēz ordinem tria faciemus. C Primo ipugnabit xclusio pncipalis. v3. qd aia intellectua nō sit forma subalī corporis bu- mani ei vnta sz esse et opationē. C Secō ipugnabit ista xclō qd fuit septima posita supi⁹. v3. qd aia in- tellectua sit vnta in oīb⁹ oībus. C Tertio ipugnabit Lōmetator cōtū ad vna xclusionē: quā ponit. v3. intellectū esse pure passiu⁹.

C Qd aia intellectua ē for nālis formalē corp⁹ hūanū infor- mās. pba⁹ sz Auer. 8. modis. et ē catho⁹? articulū arguit: et ipro- bat xclō pmissa. p̄mo ex his qd sūt in nobis formalē et subiective. z⁹ ex p- pri⁹ fundamētū Lōmetatoris. C. p̄mo sic. b z

Articulus

Cuicūq; exīti in spē: et i aliqua vnitate per se determinata spē iest formalis et subiue aliqua opatio imanēs: ei inest formalis et subiue p̄cipiū illi⁹ opatiois. Ista p̄z. q̄r opatio i manēs: vt distinguitur ī factioñ: non separat a p̄n: a q̄. ē. sed hoc exīti in spē: et vt h̄z vnitatem spēi. inest formaliter intelligere. qd̄ est opatio imanēs. ḡ r̄c. minor. pbaf. q̄r hoc vt est p̄ se in spē: inest felicitas: qd̄ declarat: q̄r h̄o vt sic acceptus est p̄ se felicitabilis: aut nō. nō est dicēdūz q̄r nō: q̄r tuc felicitas nō esset p̄ se finis hois. cōtra Aristo. io. ethi. Et pbaf ēt rōne: q̄r illud nō ē finis p̄ se alicui⁹ nāe: qd̄ h̄z se nō attingit ab illa nāe: et per ea que sunt itrinseca nāe: sic eēt in p̄posito: q̄r opatio b̄fifica: que est speculator: nō acquireret ab hoile per aiam cogitatiuā: neq; p̄ alia formaz in ipso: vt d̄ se p̄z. Nec p̄t dici q̄r attingat ab hoile sic accepto p̄ fantasma. Tū q̄r reciperet in ipso tanq; in subto: cū sit opatio imanēs. Tū etiā q̄r nihil videt p̄ se etiālitr or dinari ad aliquā operationē: sicut ad p̄priā p̄fectionē: ad cuius p̄ncipiū se h̄z in potētia īdictioñis: sicut ad accēs per accēs. Sicut calefieri nō videt p̄p̄a p̄fectio ligni: ex quo lignū se h̄z ad calorē: sicut ad accēs p̄accēs. Sz aia cogitatiuā se h̄z in potētia īdictioñis respectu fantasmatis: qd̄ ponit aliquo mō p̄ncipiū intellectioñis: salte remotū: et fantasma est accēs p̄accēs aie cogitatiuā. igit̄ r̄c. Si v̄o det p̄p̄a p̄ncipal⁹ q̄r h̄o sit p̄ se felicitabilis: q̄r p̄ se ordiabil ad felicitatez et apt̄nat⁹ felicitari. Sz ista ordiabilitas seu aptitudo nālis ē p̄p̄a passio h̄o sic accepti: et fluit a p̄ncipiis itrinsecis: et maxime a differētia eius essentiali ista vero differētia nō est nisi intellect⁹: seu intellectualitas. q̄r cū ista felicitas non sit nisi speculatio intellect⁹: qd̄ libz p̄ se felicitabile est p̄ se intellectuum. igit̄ h̄o vt est p̄ se i spe cie est intellectuum: et hoc loquēdo semp de intellectu vt excedit totū genus sensitui. Et cōfirmat: q̄r oē p̄ se felicitabile est intellectuum: oē intellectuum est aptitudo natū recipere intellectionē: ergo oē p̄ se felicitabile est receptiuū itellectioñis: nihil p̄t recipere intellectionē: nisi sit intellectua le: et includat intellectū. igit̄ oē p̄ se felicitabile includit intellect⁹ isto mō. Unū ista rōp̄ reduci ad formā sic. Nō p̄ se felicitabile est susceptiuū intellectioñis: nullū nō intellectuale est susceptiuū itellectioñis. igit̄ nullū nō intellectuale est p̄ se felicitabile. maior est nota: q̄r tale ē capax itelle ctioñis: et sibi n̄ repugnat itellectio: q̄r si sic: p̄ nihil sibi adue niēs posset tolli talis repugnātia: et p̄ nihil nō eēt felicitabile. minor etiā p̄z. q̄r p̄ximū et imediatū receptiuū itellectionis est itellect⁹ possibilis. q̄r r̄c. Sz ad euasionē hui⁹ argumēti forte dicet q̄r esse felicitabile contingit dupl̄. Uno mō potētia remota. Alio mō potētia p̄pinqua. Primo mō h̄o cōstitut⁹ in esse p̄ aiam cogitatiuā est sic felicitabilis: q̄r vt sic nō includit aligd repugnās felicitati: et tale felicitabile nō includit intellectū: sicut recte cōcedit: q̄r supficies carēs albedine est disaggregatiuā vīsus potentia remota: sz nō p̄pinqua. Si loqm̄ur de felicitibili z̄: mō. sic tale includit intellectū: quēadmodū disaggregatiuā po p̄pinq; includit albedinē: et qd̄ dictū ē de felicitibili dicat de p̄ se ordinabili ad felicitatem speculatiuā: qd̄ idem est. Sz h̄o: q̄r h̄o cōstitut⁹ in spē sit felicitabilis po remota: enū ista aptitudo ad felicitari sibi actuali⁹ p̄petit: sicut oē dif q̄r h̄o est po risibilis: si aptitudo risibilitatis sibi actu alit inest: nulla iḡ aptitudo ad speculatiōe: q̄r est felicitas: p̄petit alicui⁹ nisi illō sit intellectuale: siue sit aptitudo p̄p̄q; siue remota: cū h̄o aptitudo sit pa⁹ nature intellectualis: iḡ h̄o cōstitut⁹ in spē erit intellectualis. Sz forte r̄sdet q̄r aptitudo remota seḡt aiam cogitatiuā. aptitudo p̄pinq; intellectū. Lōtra. si aptitudo remota seḡt aiam cogitatiuā aut talis aia in q̄ntuz talis aliqd addit supra gradū sensitui: aut nihil. si nihil: iḡ h̄o p̄ aiam cogitatiuā nō plus

erit felicitabil⁹ h̄o: q̄r sensitui i bruto nō p̄seḡt ista aptitudo: ita neq; sensitui in hoie: si aliqd addit aut illud est eiusdē rōis cū gradu sensitivo: inquantu⁹ sensitui est in alteri⁹. si primo mō seḡt q̄r eque bruto h̄ebit ista aptitu dinē sicut h̄o. si z̄ mō. igit̄ aia cogitatiuā aut h̄o p̄ cogitatiuā sp̄ortat aliquē gradu cognoscitiuā alteri⁹ rōis a sensitu: inquantu⁹ sensitui ē: sz ois gradus alterius rōnis a sensitivo i quantu⁹ talis: si est cognoscitiuā ē gradus itelleciuā: igit̄ vt homo est natus felicitari: quocūq; modo accipia tur aptitudo: includit gradum intellectuum.

Preterea qd̄ est in potētia remota ad aliquē actū non p̄ se et cōntialiter ordinat ad iploz: quia ordo cōntialis et p̄ se est necessari⁹ et necessario cōsequēs illud cuius ē ordo. p̄z etiā ista maior in exēplo dato de supficie q̄r nuda nō magis inclinatur ad actū disgregādi q̄r ad suū oppositū respe cīuyis: sz h̄o exīs in spē ē i potētia remota respectu felicitati p̄ teiḡ r̄c. Preterea adhuc stat arguūtū: q̄r h̄o sic cōstituto in spē aut repugnat felicitari: aut nō: si sic: p̄ nihil sibi adueniēs potest tolli talis repugnātia: et ita nullū mō felicitabilis. si sibi nō repugnat procedit vt pri⁹.

Preterea. illud de aptitudie remota iproba p̄ hoc: quia talis respōdēs nō distinguat iter aptitudinē et potētia: nālē. ex alio in. inducit aptitudo. et ex alio potētia nālis. Aptitudo est ybi nulla est repugnātia ad actū: ad quē ē aptitudo. Potētia nālis q̄r ē cū ista repugnātia: sicut graue ē in potētia nāli ad cē sursum: et tñ h̄z repugnātia ad talez formā: q̄r otra h̄o formā nāliter cōlinatur: cū inclinēs nāliter i oppositū. Lz ergo def̄ potētia nālis remota et p̄p̄ia non tñ aptitudo: vt mō logm̄ur de aptitudine: q̄r est passio nāe specificē: quēadmodū est felicitabilitas respectu nāe hūane: qd̄ pbaf ex hoc: q̄r ois passio nāe specificē p̄supponit subm̄ in actu p̄mo sufficiēti respectu actus sed: ad quē est aptitudo: q̄r passio fluit a dīa vltima que est vltimus actus nāe: igit̄ nā specificā ē in actu vltimo sufficiēti ad h̄o talis aptitudo sibi actualiter insit: sz q̄dcimq; subm̄ ē in actu vltimo respectu aptitudinis nālis: illa aptitudo ē p̄p̄inq; igit̄ in hoie cōstituto p̄ aiam cogitatiuā nō erit aptitudo remota ad felicitatē.

Preterea. cuicūq; inē actuali⁹ aliq; aptitudo: ei natus ē iesse termiñis aptitudinis: sz p̄ te h̄o cōstituto p̄ aiam cogitatiuā inest aptitudo ad felicitatē: igit̄ actus b̄fifica natus erit sibi inesse: cōclusio est falsa: ergo aliq; premissarū nō maior: vt stati pbaf: igit̄ minor q̄r est tua. maior p̄z ex auctoritate Aristo. p̄mo de somno et vigilia: circa p̄ncipiū. s. cuius ē actus vt subti: ei ēt potētia et ecōuerso. Proba p̄t rōne: q̄r aut actus respectu cuius ē aptitudo ē polis recipi in subto: si quo ē aptitudo: aut nō. si nō: aptitudo nālis erit ad impole. qd̄ est otra Lōmē. z̄ meta. Lōmē. p̄mo in exēplo de intellectū nō respectu substatia et separataz. si sic: igit̄ subm̄ poterit nāliter p̄fici per talē actū. Et ita seḡt p̄positū. et ex h̄o vltimi⁹ p̄t sic argui. In q̄cūq; act⁹ alicui⁹ aptitudis ē receptibl̄ tāq; i subto illud ē aptitudo p̄fici p̄ talē actū aptitudine p̄pinq; q̄r h̄o cōstitutus p̄ cogitatiuā h̄ebit aptitudinē p̄pinquā ad actū felicitatis.

Preterea z̄: arguūt ad p̄n⁹. In q̄cūq; formalis et sublectiue ē vt⁹ moralis eo ē ūgula directiua vītūs moralis: sz i hoie vt ēt spē determinata: ē isto mō virtus moralis: et operatio ei⁹: igit̄ r̄c. Sz regula directiua virtutē p̄ prudētia: q̄r ē formalis in intellectū: ergo prudētia erit formalis i hoie. et p̄ nihil intellect⁹ q̄r ē imediatuz subz eius. maior ē euidēs: q̄r vītūs moralis nō ē p̄fecta sine prudētia simo nulla operatio recta p̄t eē sine rōne recta. h̄o ēt sine dictamie recte rōnis: ex quo ḡna p̄ prudētia: vt declaratur o⁹ ethico. Si ergo opatio dirigibilis sit formalis et subiectiue in aliquo: vt q̄r in eodē sit regula directiua: cui d̄ imedia te cōformari opatio regulabilis a recta rōne. Q̄r fīm cōez

Primus

viā cognitio practica: et praxis ad quā extendi sunt eiusdem suppositi cognoscētis et opantis. igit̄ si in aliq̄ supposito est praxis: in eodē ē cognitio directua; q̄ ē act̄ prudētie minor appet: qz v̄tutes morales nō sunt in aliq̄ suba sepaata: vt docet Arist. io. ethi. qui excludit ab itellectus oēm acrōeū v̄tutū moralium. igit̄ vel sunt tales actioes in appetitu sensitivo: vt tenet cōiter: vel sunt i supposito habete appetitu sensitivū. Aia aut̄ itellectua si nō sit forma informa sensu: erit forma subsistēt et suppositaliter disticta: et ita p se itellectua. Lōfirmaſ ista rō: qz multenē v̄tutes morales fundari i appetitu rōnali: vt Doctor Subtil. in 3. di. 33. Et v̄ rōnabilis ponere: qz fm Ari. 2. ethico. Ut̄r̄ moralis ē h̄bitus electiū: in eo ḡncipalr̄ v̄r̄ v̄sistere subiue v̄tus moralis: cui p̄ncipalr̄ est eligere. voluntas est h̄: qd si cōcedis h̄ p̄positū: qz appetit̄ rōnalis ē p̄o aie itellectue. si igit̄ in hoie est appetit̄ rōnalis. igit̄ aia itelliuia. Lōfirmaſ 2. ista p̄ Doctoris Subtilis: qz v̄tus moralis et eius op̄o est in p̄tate nr̄a: in q̄ v̄sistit laus et v̄tupiū. igit̄ d̄ v̄sistere et subiectari in eo qd ē sim pli in p̄tate nr̄a: qd est eentialr̄ libeꝝ. Sz voluntas ē h̄: et nō appetit̄ sensitivū: vt determinat Arist. 9. meta. tex. cō. io. igit̄ r̄c. Lōfirmaſ 3: qz hoc nō est in p̄tate nr̄a: qd est subiue i subo suppositaliter et idividuallr̄ dī. a nobis: s̄ electio si sit actus voluntatis est h̄: qz esset in anima itellectua idividuallr̄ dī. p̄ te: cū esset subsistēt: et ista elec̄tio ē act̄ v̄tutis moralis: vt h̄. 6. ethico. igit̄ r̄c.

Tertio principaliter arguitur ex parte actionis: vt distinguuntur contra factionē. Nulla operatio imanens recipitur in di. supposito ab operante. intello est opatio imanens: et est p̄p̄a op̄o homis. igit̄ nō potest recipi in aliq̄ eentialr̄ et suppo. di. ab hoie: s̄ recipit ab intellectu. igit̄ itellius nō distinguunt̄ eentialr̄ et suppositalr̄ ab hoie: distinguunt̄ aut̄ suppositalr̄ fm pōne Auerro. igit̄ r̄c. Maior. pb: ex di. op̄onis imanētis et trāscētis: q̄ h̄. 9. metaph. tex. cō. 16. Minor. p̄: q̄tū ad p̄mā partē: et z̄ ps est Ari. p̄ 2. io. ethico. Un̄ in. io. h̄. Ari. q̄ magis p̄ priū est hoī viuere fm itellin q̄ fm corp̄: et q̄ verī ē h̄ fm intellin q̄ fm corp̄. Ex hoc p̄t̄ formari sic rō. Illud qd verī cōpetit hoī fm q̄ h̄: ē magis itrinsecu et eentiale homini in eo q̄ h̄: s̄ viuere fm itellin sic verī appetit homini q̄ illa: q̄ appetit fm corp̄. igit̄ tale viuere est homini magis itinū et eentiale: s̄ viuere fm itellin est esse ite. iuxta illud z̄ de aia. tex. cō. 37. viuere viuētib̄ est esse. igit̄ ēē itellectuiū est magis eentiale hoī q̄ esse sensitiū: s̄ esse sensitiū includi q̄ditare: et p̄ se p̄seitate p̄mi modi in hoie. igit̄ et esse itellectuiū: et hoc loquēdo semp̄ de hoie: vt est vna p se sp̄es. Lōfirmaſ ista rō: qz accipio hoiez: vt vnu p se v̄stitutu in sp̄e: aut̄ tale includit itellectu: aut̄ nō. Si sic h̄. p̄positū: si nō. igit̄ h̄ vt ē sp̄es nō ē aial rōnale h̄ oēs phantes: et h̄ Porphi. in de ylibus. Qui vult q̄ p̄rōnale h̄ differat a brutis: et per mortale differeat a dys. Ex quo v̄r̄ q̄ rōnalis sine itellectualitas ē h̄ rōne hois fm q̄ h̄. Sed ad hoc dī: q̄ h̄ fm q̄ h̄ in esse pfectio et cōpleteo nō est p se in sp̄e: qz nō est vnu p se et mō quo p̄positū subale: aut̄ cōpositū in ḡne: qd est p se vnu ex ḡne et dīria: qz v̄trūq̄ est ex p̄o et actu informate. nō sic in p̄posito: h̄ tū vt est yn̄ in tali vnitate: q̄ est vnitatis ordi: aut̄ aggregationis: ē aial rōnale: vt aut̄ ē vnu p se: tū includit aiam cogitatiua et nō itellectiuā. Lōtra: qz diffō nō competit rei que nō est p se vna: vt vult Arist. 7. metaph. tex. cō. 16. Sz ista ē diffinitorio hois fm oēs phantes. aial rōnale: put̄ rōnale distinguif̄ h̄ totū gen̄ sensitiue. igit̄ h̄ vt sic nō est vnu paggregatiōe. P. homo vt ē yn̄ p se h̄ aliquā diffinitorē a qua diffōne si seclu dāt rōnale itellectuale: homo erit aial brutū. Qd. p̄bat:

qz h̄ cōpositus ex corpe et aia cogitatiua ē suba p se exīs (per ipsum Auerroyz). Sed quelibet talis est p se in gene re: gerit et̄ i aliqua determinata spē. Ista nā specifica aut̄ erit rōnalis: aut̄ irrōnalis. nō rōnalis p te: et̄ ē aliq̄ istoꝝ. ē irrōnalis: et̄ ita v̄r̄ ponit in spē bruti. Or si dicat q̄ nō est irrōnalis: qz ē ordinabilis ad rōnalitatē. Lōtra: qz nulla forma specifica v̄ltimata cōstituēt aliq̄ nām in eē v̄ltimato specifico ē ordinabilis eentialr̄ ad alia formā: qz a tali forma sumit̄ dīa finalis: que est tota suba rei h̄. Arist. 7. metaph. tex. cō. 43. ita q̄ qcqd illi aduenit p̄ter il lam formā est ei accītale: s̄ aia cogitatiua est v̄ltima for ma hois v̄stituē ipm in v̄ltimato esse specifico. ē aia itellectua erit ei accītalis: et̄ p̄s h̄ vt h̄ nō p se eēntialr̄ ordinabil ad aiam itellectiuā. Quo dato: sequit̄ v̄terius q̄ homini nō repugnat̄ esse sine aia itellectua: sicut nō ē repugnātia q̄ aligd sit sine eo qd est exēneum a qđitare eius: n̄s tū est flū: qz fm Lōmen. aia itellectua nō p̄t̄ esse absq̄ idiuīduo spē hūane: neq; ē nō tm pp necitatem spē humane et anime itellectue in se: sed etiā ex mutua coexigētia vnius ad alterꝝ. Lōfirmaſ: qz nūbil v̄r̄ per se ordinabile ad aliq̄ formā et actū: vt ē forma eius: nisi aliquo mō pficiat̄ ab ipso. Sz ita ē q̄ h̄ cōpositus ex corpe et aia cogitatiua nō pficit̄ ab aia itellectua: īmo magis ipsam perficit̄: qz passum pficit̄ ab agente: nō agēs a passo. homo cōstitutus p aiam cogitatiua se habz vt agēs resp̄ciū itellectus fm Auerroyz. igit̄ r̄c. Si dīcat q̄ homo pficiat̄ p intellectū: qz intelligit p assistētiā ipsius. Contra. qz itellectio nō est pfectio: nisi illius in quo est formalr̄: et̄ nō illī a quo ē: qz si sic: cēt pfectio obiecti itelligibilis: a quo ē effectiue: vel itellus agētis: ita q̄ v̄trūq̄ istoꝝ pficeret̄ per itellectionē: qd est absurdū fm Lōmen. qd si p̄terniēdo cōcedas. tunc sequit̄ q̄ itellect̄ agēs nō ē simpli in actu: qz pficeret̄ ab extrinseco itelli gili māli: et̄ aliq̄ pfectōe expectaret̄ ab ipso: ex quo p̄ intellectōe obi mālis pficeret̄. Ista sūt h̄ Auerro. igit̄ r̄c.

Quarto p̄ncipalr̄ ar̄. Aia itellectua aut̄ h̄ p̄cise itellectōe quā recipit a fantasmatib̄ hūa nis: aut̄ p̄ter istā h̄ aliq̄ itellectōe eternā et p̄priā. Nō ē dandū p̄mū fm Auerroyz: qd rōnabiliter ponit: qz nō v̄r̄ q̄ aliqua suba sempiterna et icorruptibilis nullā habeat operationēnis que habet ex tempore et ab aliquo corru ptibili. Si igit̄ habz aut̄ illa que est eterna est imperfectior intellectiō noua: aut̄ ecōtra. Si p̄mo mō: hoc videt̄ irrationabile: qz p̄terū et incorruptibile nō p̄t̄ ēē imperfectiōis corruptibili. Si pfectio: ē intellectio noua que dependet a fantasmatib̄ nō erit per se finis aie itellectue: s̄ solū intellectio eterna. p̄z. 2. 3. et̄ p̄mo. Immo v̄r̄ q̄ intellectio noua d̄ eadē re qua itelligit ab eterno sit su perflua: qz ista intellectio imperfecta virtualr̄ et eminenter cōtinet̄ in illa: que est pfecta sicut imperfectū in pfecto. Sed habēs cognitionēpfectā de aliquo nō requirit imperfectā: nec ab illa eentialiter dependet aut̄ coexigit: et̄ ita talis intellectio imperfecta nullā depēdentiā essentialem p̄ se terminare poterit: et̄ p̄cōsequēs nō poterit esse p̄ se finis intellectus. Ex quo postmoduꝝ inferit̄ q̄ intellectus poterit esse sine corpore: q̄ intellectus seu aia intellectua nō depēdet a corpore seu coexigit ipm: nisi p̄ter itelle ctionem nouam depēdente a fantasmatibus. igit̄ si poterit esse sine tali itellectōe: poterit sequēter esse sine corpore: et̄ ita nullā habebit inclinationē necessariā et naturalē ad corpus: q̄ talis inclinatio non est nisi pfectibilis ad suā p̄priā pfectiōē: que est eius finis. Probā: naturalis inclinatio nō est ad aliq̄d imperfectū vnius ratio-

Articulus

nis: ubi habetur in aliq eiusdem rationis continente ipse perfectior modo q̄ illud sit in se: sicut nō est appetitus et inclinatio ad solidū sicut enim est argētū: ubi h̄ i ducato sicut enim est aures. Sed intellectus noua stinet in intellectio eterna sed eadem rem perfectior. Igis nō erit inclinatio ad istā. Ex quo si post modū ppositū q̄ cū aīa intellectu possit sequitur finē sine corpore et h̄e p̄pria opōnē sine corpore poterit esse similitudine corpore: ga subiectum similitudine porro corpore h̄is aliquā opōnē sibi p̄pria nō depēdetē a corpore ut posse esse sine illo. h̄ esse aīa intellectu. Igis tē. Cōfirmat ista rō quā multū pōdero. Qis subiectum eterna p̄pria h̄is opōnē ordine cōntinali nō idiget corpore: vt moueat ab eo: sed potius vt moueat ipsum aliquid mō. Igis intellectus h̄umā nō idiget corpore humano: vt moueat ab ipso: seu ut aliqd recipiat ab ipso: sed potius eō. Assumptū p̄z in exemplo de intelligentia respū corporis celestis.

Quinto p̄ncipaliter arguit. Sicut imponere est aliquid agere sine potētia actiua sibi inexiste. Ita ipole ē aliqd pati sine pō passiuā sibi inexiste. Sed p̄m est similitudine ipole. ḡ et z̄. Sed intelligere h̄z Auverroyz ē quoddā pati: igis ipole est aliqd intelligere sine pō passiuā intellectus polis sibi inexiste. Quia tē p̄ueniētē similitudinē: et minor ē euidentēs. Maior aut̄ pb̄ et declarat. Premittēdo p̄ pō passiuā nō pueit a passio: ex hoc q̄ agēs actualiter agat: aut etiā possit actualiter agere in ip̄z: q̄ agēs extrinsecū passio: et similiter q̄ possit agere: hoc ē exneū a nā passio: et ab omni ei potētia passiuā fundamētali: et de ista est intētio i p̄posito. Quā nūc loquor de pō absoluta passiuā q̄ est fundamētū poē reūc: eo mō quo calor secluso oī respectu potētialitatis actiua adhuc h̄z pōm actiua et nāz itrinsecā fundamētale: p̄ quā pōt calefacere: ita q̄ secluso oī calefactibili adhuc verū est dicere: q̄ calor q̄tū est ex se pōt calefacere: et h̄z potentiā itrinsecā ad calefaciēdū. Similiter dōm est de pō passiuā fundamētali: q̄ iest passo seclusa omni actōe agētis: et seclusa omni pō actiua agētis. Nec diffiniūt pō actiua p̄ passiuā: et eō. s. metaph. nisi sumēdo ista reūc. Ex hoc arguit p̄positū. Intelligere ē q̄dā pati: ex 3. de aia. Igis nihil ē potēs intelligere nisi h̄eat pōm passiuā et receptiuā intellectus sibi formaliter inexiste. Sed glibz h̄o est potēs intellectus: q̄uis nō actuū intelligat: nec fanū moueat intellectus polez ad intellectuē: immo p̄us glibz h̄z pōaz ad intelligere circucripta omni actōe fantasmatiū. Igis h̄o nō ē intellectus seu potēs intelligere: q̄ fanū ipsius copulenē intellectus poli: aut eō: qd̄ ē h̄z Auverroyz: q̄ vult q̄ intellectus sit actuū forma in nobis p̄ hoc q̄ intellectus agit in fanū nrā et fantasmata in intellectuē. Si dicat q̄ h̄o ē pō intelligēs p̄ h̄ et fanū q̄ sunt in ip̄o: sunt intelligibilia in pō: et p̄ntage re in intellectuē polez: et p̄m hoc pōt aīa intellectuā nobis atrinari. Cōtra: qz nullū posteriū nā est cā sui pōris: sed p̄o est hoiez posse intelligere q̄ h̄eat fanū sive pō: sive actuū intelligibilia. Igis p̄ h̄ et h̄eat fanū nō ē potēs intellectus: Quia tē cū maiori. Minor. p̄. qz h̄e fanū p̄lupponit exūtia hois: sed q̄p̄mū h̄o ē pō est in eo ad intellectuē. Igis talis pō nō est p̄ fanū: neq̄ ostinatio seu copulatio intellectus polis cū fantasmatib⁹ facit pōm intellectuā ēē in nobis: aut nos h̄e pōz ad intellectuē: sed solū excludit q̄ fanū: aut h̄o p̄ fanū intelligit: qz qd̄ agit ad intellectuē in rōne obi denoiaſ intelligi et nō intelligere. Quā recipe intellectuē est intelligere eo mō quo declaratū est supiū: et nō efficere intellectuē: sed fantasmatā et h̄o p̄ fanū efficit et currunt actiua ad intellectuē. Igis h̄o p̄ fantasmatā intelligit et nō intelligit.

Sexto arguit experientia cui magis assentiebū est q̄ rōni: q̄ nō est demūratio: vt vult Lōmē. h̄z Aui. p̄b̄co. sic. Quicūq experientia in se diuersas opōnes: et expit q̄ ipse idē est q̄ h̄z vtrāq: et q̄ vna nō est

alia: neq̄ experientia vnu et idē p̄n "ipsa: qd̄ p̄n " nō tñ ē vnu p̄ tactu vtralē: sed est vnu aliq̄ maior vnitate: sed quilibz h̄o experit in se q̄ est ipsemēt q̄ intelligit rosaz similitudine et vtrā: et est ille idē q̄ imaginat̄ rosaz h̄ac et in p̄ticulari: et expit se esse q̄ ponit dñiaz iter vnu et alia opōnē et esse p̄n " vtrius: qz. Igis experit p̄n " eaꝝ opōnum h̄re maior vnitate ē tactus vtralē: et ita p̄n " istaz occurere ad maiores vnu tate q̄ tactus et acerui: maior p̄baſ. Si. n. p̄n " istaz operationē occureret in vnitate acerui: et dicerent vnu p̄n " p̄ hoc q̄ vnu recipet aliqd ab alio: ego possum h̄re vnu isto rū p̄ncipioꝝ: et tu aliud: et tūc neuter nūm possit diuidicare vtrāq: inē alteri: neq̄ expiri vtrāq: inē sibi. vñ ego nō expior intellectuē tuā: nec tu imaginatōez meā. Sed ego idē sibi vnu q̄ iudico istas opōnes inē mibi et vnu nō esse alia. Et expior q̄ ego idē sum q̄ simili intelligo et doleo: seu expior me simul intelligere et dolere. Dato q̄ discōne: niēs 2ūgaf cū appetitu meo sensituō: et tādē expior me esse p̄n " vtriusq; opōnis: hoc iudicium non posset inesse mibi nisi in me ēēt vnu p̄n ": quo vere et recte sic esse diui dicarē. Hoc argumēto ysis est Ari. 2. de aia. tex. cō. 4. s. pbando in nobis dari sensuū cōem p̄ hoc q̄ p̄ aliquē sensuū p̄cipiuū sonū et colorē: et diuidicamus vnum nō esse aliū: et qz h̄o hoc iudicium expit in se: iō excludit in hoie aliq̄ vnu sensuū: quo sic iudicat aliuz a sensibus particularib⁹. Unū si aliqd vnu p̄cipiuū diuidicat de vtrāq: expi mentaliter. s. experiendo sensationē vtriusq;: et q̄ vna nō est alia istud p̄n " est vnu p̄le et nō p̄ aggregatiōez aliquā periret via p̄bādi sensuū cōem: sed dicere q̄ iudicium de vnu etiā et dōria sensibiliū p̄cipioꝝ fit aggregatiōe p̄ oēs sensuū. Sed ad hoc rūdef: q̄ illud iudicium fit ab hoie p̄ fantasiā et intellectuē: p̄ fantasiā h̄o experit se fantasiari. p̄ intellectuē intellectuē: et de vnu etiā vtrāq: iudicat h̄o p̄ intellectuē tanq̄ p̄ potentia cōem p̄ceptiuū ipsarum operationū et oboꝝ. Cōtra. Nō vt excludit intellectuē: aut ē vnu in actu idiuū in se: aut nō. Si sic. igis totū iunctū qd̄ ē h̄o erit vnu p̄ formā vnu: qz p̄positū nō est vnu in se et diuidicatur ab alio: nisi p̄ formā: q̄ est vltima totius constitutiū: qz actus separat et distinguat: ex. 7. metaph. tex. cō. 4. 9. ex quo seq̄ rale formā a qua p̄positū ē vnu: ēē formā p̄ informationē: et nō esse subsistētēz. iō. n. ex plurib⁹ exūtib⁹ in actu nō fit vnu: qz vnu nō iformat reliquiū: et p̄ oppositū: iō alii qua faciūt vnu: qz vnu est act⁹ et p̄fectio alteri⁹: ex. 8. metaph. tex. cō. 15. Ex quo seq̄ q̄ si h̄o sic accept⁹: vt excludit intellectuē sit sic vnu: intellectus nō erit vnu in oib⁹: qz multiplicatio p̄fectibili multiplicata p̄fectio ipsi⁹ et forma. Si vō des alterā partē. v. q̄ illud iunctū nō sit vnu in actu: seq̄ ip̄z nō posse ēē idē p̄n " expimētatiū vtrāq: opōnis: si cut vnu subsistētēz et suppositū nō p̄t expiri opōnēm alterius. Sed forte ad hoc dī: qd̄ supra p̄missiū ē. v. q̄ intellectus ēē illud p̄n " cōe: qd̄ iudicat de vtrāq: opōne. vñ h̄o p̄ intellectuē intelligit se intellectuē et dolere et tristari: et si h̄o p̄ intellectuē intelligere se dolere et tristari: aliud ē expiri se dolere et tristari: licet homo per intellectuē possit intelligere dolorē et intelligere se dolere: tñ p̄ intellectuē nō p̄t expiri dolorez: nec p̄t experiri se dolere: sed experimur q̄ idē est q̄ expit se intelligere et dolere: et q̄ idē est p̄ncipiū vtriusq; igis per p̄ncipiū aliquod qd̄ nō est vnu p̄ aggregationēz: sed aliqua maior vnitate: hoc experimur.

Septimo p̄ncipaliter arguit sic. Nulla vnitatis minor vnitate alteri et forma: qua illud formaliter opatur. Sed vnu tas qua intellectus agēs ostinatio nobis: ex eo q̄ aliqd in nobis agit. s. intentionē intellectuē intellectuē possibili et vnitatis q̄ intellectus polis ostinatio in nobis p̄ h̄ et p̄ patit intellectuē intellectuē

etiam a fantasmate: ista in qua vnitatis est minor vnitatis cō tactus realis et acerui: vel saltē nō ē maior. Igit̄ talis vni tatis nō sufficit ad hoc q̄ intellectus vniāt nobis: vt for⁹ qua formalis opamur. Major pbaſ. q̄ si vnitatis tract⁹ acerui sufficeret. ad h̄ q̄ aliqd sit forma alteri⁹: qua illud opaē formalis: tūc si duo cēnt ad se inuicē tangētia et cōtigua: et vnum stineret aliud; sicut vas aquā posset dici q̄ aq̄ est forma vasis: et q̄ opationes aq̄ formalis cōicant vasis: et q̄ xpo⁹ ex vase et aqua h̄ret opōnes vtriusq. Minor pbaſ. q̄ si aqua tangat me: et triste tāgat me: vt in pmo de gnatiōne. tex. cōmē. 45. eo mō quo dī q̄ triste tangit cor. Tunc quero qd magis me tāgit: vel aqua vel tristabilis: certus est q̄ aqua: q̄ hec realiter triste virtualis: vel ēt metha⁹: et sic ad maiore vnitatem venit aq̄: q̄ tangit me īmediate q̄ triste: qd pōt ēt Rome. Itē ad maiore vnitatem veniūt duo quāta q̄ deus et creatura. Qz duo quāta veniūt ad vnitatem tract⁹ realis. De⁹ aut et creatura ad vnitatem acer ui. Lōfirmaſ. vnuqdq̄ agit et opaſ fīm q̄ ēt in actu. ex 3⁹ physi. tex. cōmē. 17. ita q̄ vnuqdq̄ sīchz eē p aliquam entitatem: ita agit per illaz: et qdcungz ē pncipium eēndi in actu: eo mō quo ē pncipium eēndi: est ēt pncipiuz opa di. Sz homo nō ēt in actu formalis p aiaz itelleciuā: sz solum p aiam cogitatiuā: igit nō agit formalis p animam itelleciuā. maior p̄z. ex finia Arist. vbi supra. Ex hoc etiā Arist. z. de aia pbat diffinitionē anie q̄ ē pncipium ye getandi sentiēdi tē. Qz semp agēs agit aliquo qd est forma in eo formalis: minor p̄z. Ex hoc ēt argumento alr formato pōt cōcludi ppositū de aia itelleciuā. Qz vnu: quodq̄ agit sua entitate formalis: aut per formaz sibi for maliter inextitem. Sz p Auer. homo per aiam intelligit: igit ania ēt in homine intrin⁹ et formalis.

Octauio arguit. si aia itelleciuā ē forma in nobis p assistētiā solū et moueāt a fantasmatisbus nr̄is: cū eq̄ possit moueri a fantasmatisbus bouis: se⁹ q̄ non magis erit forma in nobis q̄ in boue. vñia p̄z. et assūptū declarat p z⁹ parte. nā licet aia sensitiva bonis et aia cogitatiua in se accepte distingui fīm spē: potentie tamē istaz sensitiuaz: vt sunt pncipia opatiua circa eadē oba: nō distinguiunt spē: neq̄ sunt alterius rationis: q̄ potētie distinguunt p actus: et actus per oba. Probatur ēt ratione duplíciter hoc assūptū. p sic. Operationes potētiarum sensituarum si bñt distingui fīm spē: a suis pncipijs a quibus dependēt effectiue: magis debet distingui a pncipio efficiente particulari q̄ ab yli: vt p̄z iductiue in omnib⁹. Quia limitatio et specifi⁹ rei s̄q̄ est a causa particulari. vt appet in actibus itells: in habitibus: et alijs formis itelleciualib⁹: q̄ specifican̄ ab obiectis. igit sic erit in pposito: q̄ opōnes sensitivis in hoie et boue circa eadē oba nō distinguunt spē: q̄ non videāt a quo possint distinguiri. Et ita videāt cōcedēduz de potētys sensitivis eorū: dato q̄ cōcurrat actiue ad actus. Et hec ratio maxime habet efficiaciam fīm illos qui tenent potētias sensitivias pncise pas siue cōcurrere ad actus et nō actiue: q̄ forme non distinguunt per mām: sed magis ecōtra: vt vult Lōmē. pmo de ania. cōmē. 53. et in z⁹. cōmen. 60. Et p̄z exemplo. Quia albedo in equo et asino nō distinguunt species: ppter subta recipientia. igitur operationes sensitivae nō distinguēt: ppter sensus qui sunt pncipia mere passiua: et p cōsequēs fantaz hominis et bouis siue fantaz sit actualis operatio siue species existēt in fantasia. Secō pbaſ hoc idē. sicut in vno oino indistincto fīm spē possunt plura contineri identice et reali: que sunt distincta fīm spē (sicut exempli gratia. in anima vna et eadē fīm spē continetur multe potētiae sensitivae: etiam identice: fīm aliquo: que potētie in se accepte sunt alterius rōnis et alteri⁹ spēi;

vt est potētia auditiva et potētia visiua) ita per oppositū in distinctis spē videāt posse cōtineri etiā per identitatē aliquod vnum indistinctū fīm speciē. Confirmat. quia in homine et asino cōtinetur idētēc vnitatis que est passio entis: nam passiones entis identificant realiter suis fundamentis: et tñ vnitatis in homine et asino pncise numeraliter distingui nō obstante q̄ fundamēta distinguant spē. ita erit in pposito. Ex his īserē cōclusio intenta sic. qñ aliqd vnu mobile mouet ab aliquo motore vnius rōnis pōt cōsimilis moueria a quoq̄ eiusdem rōnis. quia non videāt maior ratio de vno q̄ de reliquo. Sz intellectus possibilis mouetur a fantasmate hominis: et tale fantasma est eiusdem rōnis cum fantasmate bouis: et ista sunt eq̄ pncies intellectui: cum intellectus abstrahat ab omni situ et loco. igit sicut mouebit ab uno: ita pariformiter poterit moueria reliquo: et ita propositum.

In isto articulo arguitur secūdo pncipaliter contra **Contra funda** Lōmē. in spāli. Et pmo in hoc qd dīc Auerr. q̄ q̄ itellus agens nobis appropriat: et factus ē forma in pōnez et nobis: ideo agimus per ipm. **Contra.** ex hoc sequunt ipsi⁹ fū. multa incōueniētia. Primū ēt pncipaliter pōt dici q̄ oculus meus vniēt parietis vt forma: et q̄ paries et oculus faciunt vnu: sicut aia et corp⁹: et yteri⁹ q̄ oculi opatio erit totius illius aggregatiōn. n. magis vniēt itellus nobis q̄ oculus colori parietis. vniēt enī oculus colori parietis sic passiūm actiūo: a quo recipit visionē: sic intellectus possibilis fantasmati a q̄ recipit itētōne itellectā. **Itē** ex hoc fundamēto sequit q̄ itētōdes imaginatē magis copulan̄ vt forma itellectui poli et eō q̄ intellectus corpori vel itētōni imagi⁹: q̄ inten⁹ imaginatē ētmediatū actiūm in itē polem. fantasia aut vel qdcūq̄ tenēs se ex parte corporis nō agit in intellectū polez nisi mediata ītentioē imaginata. **Itē** sequit q̄ cogitatiua vel qdcūq̄ alia vñus q̄ ponit fantasmati magis vniēt itellectui possibili vt forma q̄ eō. Ita q̄ hec virtus hēbit magis rōne forme et intellectus possibilis rōnem māe q̄ econuerso. Quod probatur. nam si ex actiūo et passiūo fiat vnu tanquā ex materia et forma: actiūm erit forma: passiūm mā. Quia forma est agere: vt superius allegatū ē. ex 3⁹ physico. et no no metaphysi. tex. cōmē. pmi. māe vero est pati. Itē. imaginata habet rationem actiūm in ordine ad intellectū possibilem: et intellectus possibilis h̄z rōnem passiūi. igit tē. **Itē.** cuz omne agens vniāt passo virtualiter: sequitur q̄ ex omni agente et passo fiet vnu: sicut ex materia et forma: et hoc modo ex igne et angelo fiet vnum: si vnu agat in aliud: et illud vnu erit equē bene natura itellectualis sicut hō itellectualis p nām itells: et corporal p nāz ignis.

Secundo spāliter arguit contra istam copulationem: vel continuationez fantasmatis cum intellectu: ex qua continuatione fīm Lōmentatores denominantur intelligentes: licet aliqualiter tactum sit superius: hic tamē epilogādō sic arguit. Sicut se hñt fantasmatata ad itellectū qñ sunt actu itelligibilia (qd ēt qñ itellus agēs irradiat ipsa aut fīm veritatem qñ de ipso abstrahit species intelligibilis) ita se h̄z obz actu visibile ad potētiā visiū. sed ex continuatione fantasmatis cū ipso itellu poli nos dicimur intelligentes. ergo similis ex continuatione spēi obi exterioris visibilis cū nostra potētia visiua lapis v̄l obz exterioris dicere videns. Sz continuatione ista obi visibilis nō facit lapides videre: sed videri. ergo nec continuatione fantasmatū cuz itellu faciet nos itētē: sed potius intelligi quantū ad aliquid in nobis. **P.** obm actu intelligibili est illud per qd fit continuatione itellectus nobiscum: fīm Lōmenta: et hoc siue tale obm actu intelligibile reluceat in fantasmatate irradiato ab intellectu agēte: siue in specie

Articulus

intelligibili. Ex hoc arguitur tale obm actu intelligibile aut est in fantasmatre vel in intellectu poli tantum: vel ta in intellectu poli: qz in fan^c. Si pmo mō: intellectus per ipm non intelligeret: qz per obm exis in fan^c intellectus nō fieret in actu: cuz actualr nō eēt in intellectu: sicut sor. nō fit alb^b per albedinē exis in plone. Si z^omō: sequit^g intellectus nullo modo nobis continuat: cum tale obm vel spēs ipsi^r: rōe cui^d d^z fieri continuatio: non sit in nobis. Si z^omō: seq^g idem accis est in duob^s subis realr^t totalr^s distinctis: et cu talis spēs obi pūs ordie næ sit in fan^c: qz in intellectu: sequit^g accis migrabit de subo in subm.

C Itē contra hoc idez fundamentalū argui^f: Qm data ista copulatione intellectus per iten^e intellectam: quā recipit a fan^c nrō: sequit^g Sorte intelligēte lapidē: nō poterit Plato eūdē lapidē intē^r: et ex dñi nō poterit sibi copulari intellect^b: aut eē sibi rō intelligendi. pma dñia pba. Presupponēdo ex ista opinione qz intellect^b polis nō hz intentionem intellectā nouā: nisi per hoc qz recipit eam a fantasmatre: vt cōter tenent oēs recte sentientes de opione Lōmetā.

Contra nouelloſ ſeq̄ces Auer. vi tati per ueroſe Quicquid sit de psumptorib^b nostri tēporis: de quibus Paulus ad Thimo. vaticinatus est dices. Uenit. n. tpus qui sanam doctrinaz nō sustinebūt: sed ad sua desideria coacerubūt sibi magros pruriētes aurib^b: et avitate qdē auditū auertent: ad fabulas aut auertent. Et hi quidem sicut sñiam Lōmē. puerū: ita et pbi: et qd pernitosissimū est: fidez et veritatē pestilētissimos excitat errores: Qui Auctores: imo portēta truculentissima essent in ultimas terras asportanda: p tutanda salute oīum: nō in morib^b solum: sed etiaz in bonis litteris.) Presupposito igit^e hoc fundamēto. pba. dñia sic. Pono per casuz qz intē^r lapidis causet in intellectu poli a fantasmatre Sortis. Igit^e intellecta nō poterit causari in fan^c Platonis: qz si sic: aut tale fantasma causabit eandē: aut aliā: nō eandē: qz idem nō pot bis pducī: neqz aliā: qz tūc inten^r talis re^r næ specificē numerabit^r et plurificabit^r: qz si pcedit: sequit^g intellectus erit nūeratus. Qz non est maior ratio de uno qz de reliquo: imo ex vnitate et plurifica^r ac^r obiui in spe et in nā spe^r: simpli^r excludit Lōmē. vnitatē intellectus. Ex hoc sequit^g vltē^r qz cuz intellect^b nō copulet alicui: nisi per B^r qz fantasmatra ipsi^r causat intentionē intellectā in ipso: seq^g qz nulli alteri a Sorte poterit copulari: et p dñia Sorte intellectu gente lapidē nullus aliis poterit itē^r lapidem. C Sed forte ad istam rōnē rñdef: qz inten^r: intellecta nō gnā sim plr: sed soluz fīm gd: et per respicī ad Sortē: re^r et intentionē fantasmatra lapidis est in actu: et ita iten^r: intellecta aliquā mō gnātur de nouo: nō respicū cuiuscūqz: sūlū re^r determinati idividui: qd hz fantasmatra lapidis. C Sed hz istam rñfissionem argutuz est supra. in. 5. dñe. declarando opinionem Lōmē. vbi ostēsuz est qz actualis intellect^b est realr^s causa in intellectu poli a fantasmatre: p nūc tamen breuiter replicat^r sic. Quero qd ē intellectu polez esse partē sor. ielli^r et ei copulati: rñdebit^r qz idē ē qd hz intentionē intellectā causatā a fan^c sortis: et tunc. Ista causatio aut ē metha^r aut realis. Si primo mō. (et ista causatio est totalis causa: qz intellect^b sit pars sortis) Igit^e metaph^c. erit pars et copulabī sorti. Si causatio est realis aut fan^m causabit eadē: aut aliam: et proceditur vt prius.

C P. contra B^r qd dicit^r intellect^b agens copulat nobis vt forma in postremo: qz intellect^b polis fuerit habituatus oībus habitib^b practicis et speculatiuis. arg^r sic. Si intellect^b agens sic in postremo nobis vniāt vt forma: aut hoc erit vt forma inherēt aut assistēt. nō pmo mō: vt de se p^r. g^r z^o mō. Et cōtra: qz nō tūc in postremo sicut nī: sed etiaz in pⁿ: imo dñue nobis assistit. Sicut. n. p intellectū polem cōtinue intelligimus tanqz per formā nobis assistēt

tem: ita per intellectū agentē abstrahimus tanqz p formaz qz appropriaſ et assistit. alī at abstrahere nobis nō attribue retur: qd est contra Lōmentatorem.

C P. argui^f querēdo: ppter quid in pⁿ: per intellectū polem nos nō possumus itē^r subam intellect^b agentis: cum talis suba sit simpli^r actu intelligibilis ex se. Et rñdef^r qz hō ē: qz nati sumus itē^r ex fantasmatib^b: qz pūs via gnātionis hñt mouere intellectu polez ad intellectuē in nobis: modo intellectio intellectu agentis nullo mō depēdet a fan^c. Cōtra. qz ex ista rñfissione sequit^g: etiā in postremo istam intellectuē nequaquā hz poterim^r. Dñia pba. qz ista intellectio nō pot causari a fantasmatre. nā nullū obm fantasmatre cōtinet virtualr^s vel eēntialr^s intellectu agentez qui est perfectior ipso: nullū aut obm causat in intellectu conceptum alterius obiecti nisi contineat illud eēntialr^s vel virtualr^s. eēntialr^s qz ad pdcata qditatione. Virtualr^s: quē admodum subm cōtinet virtualr^s pprias passiōes. Probat^r hoc assumptū: qz obm qd nō cōtinet aliud in entitate altero istoz modo: p nō cōtinet etiā illud in cognoscē: nam dispositio vniuersiūqz in entitate ē sua dispō in veritate. Ex z^o metaphysi. tex. dñm. 4. igit^e nullū obm fantasmatre poterit cāre cōceptū pprīu specificū intellectu agentis. et hoc maxie cōcludit negata vniuocatione entis: vt negat Lōmē. C Confirmat^r. cum sortes habuerit intellectu adeptum. Querit an possit intē^r aliquid māle mediāte sensu vel nō. Si sic. cuz per intellectu adeptuz habeat cōsimilem intellectuē et eiusdem rōnis: hec postrema videtur frustra: et multo magis per hoc: qz intellectuē materialium ordinant tanquā ad finē ad acquisitionē intellectuē sube intellectus agētis. igit^e isto fine habitu iste intellectuē essent frusta: qz habitib^b p̄sentibus in mācessat motus. Si vero detur alia pars: qz intellectuē non potest nuper intē^r aliquid materiale per sensuz. Cōtra. sensus nō minus erunt dispositi ad recipiendum ab obiectis sensibili^b qz ante: neqz sunt minus apti ad imprimentuz intellectuē: qz prius. igit^e sicut sortes mediāte sensu ante poterat intelligere: ita etiaz in pposito. Sequentia p^r. quia actio obiecti in sensum: et sensus in intellectu est mere naturalis. antecedēs probat^r. qz perfectio acquiſita nō deſtruit aptitudinem intellectus ad intelligenduz obiecta de nouo: cum illa sit etiaz ipsius perfectio: licet minor. C Itē circa hoc querit an intellectus possibilis in postremo aliqua intellectuē intelliget qua pūs nō intelligebat: vel non. Si non: sequit^g qz etiam nos tali intellectuē nō intelligemus. Si dicat qz sic hoc vide^r contra intentionē Lōmetā. 3^o de anima. cōmē. zo. vbi vult qz intellectus possibilis in postremo intellectuē habet eternam: qua intellectum agentem intelligit et substantias separatas. Cum igit^e intellectus possibilis istam intellectuē et intentionē eternam prius habuerit: non poterit de nouo intelligere tali intellectuē.

C Preterea. contra illud quod dicit Lōmentator^r qz intelligimus substātias separatas per substātiā ipsius intellectus agentis. Contra. Nihil cognoscibile per propriaz essentiam perfecte cognoscitur ab aliqua potētia cognoscē: nisi cognoscatur per propriam essentiam: aut per aliquid qd eminenter ipsum contineat. Nec propositio declaratur. Logoscibile per essentiaz appello illud qd fīm se: et per propriam essentiam moueat potentiam aut imprimento propriaz speciez: aut qd immediate pfecte p̄sens potētia cognoscatur causat de se actuū intelligēdi. Intel-

Primus

ligo eminēter stinere: q̄ si cōtinens cōtinet contētu perfe-
ctiori modo q̄ sit in se: eo mō quo obiectū impfectiō cōti-
netur i pfectiori: sicut accēs in suba: et intelligētia i ferio: in
superiori. Ista ppō: modo pbaf. Lognitio nara est esse pfe-
cta ex pfecta p̄sentia obiecti ad potentiaz cognoscentem:
et ex pfecta motione ipsius ad talē potentia: vt appareat in
sensibilib⁹ particularib⁹ qz quanto obm sensibile est pfe-
ctius p̄sens potētie sensitiae: et efficaci⁹ et fortis mouet sen-
sus: tāto pfectiori mō attingit. obm autē nō pōt eē pfecti⁹
p̄sens potētie: cui⁹ est obm q̄ in p̄pa eēntia et nā: qz si in spē:
est p̄s tñ in ipfecta et deriuata silitudine: et sicut ipfecte
eē p̄sens: ita ipfecte mouet potētie. Premissa ista maiore: q̄
nūc pbata est. assummo istā minorē. Sz suba separata nō est
cognoscibilis tñ p̄ spēz multiplicatā ab ipsa: sz immediate
p motionē p̄p eēntie: qz ē p̄ se manifestatiua sui: cuicūqz
itelluctui potēti manifestatiōne cognoscere: q̄ manifesta-
tiuitas est ei⁹ veritas: et cognoscibilitas. Et ylterius intel-
lectus agēs nō stinet eminēter subas separatas. igit nullā
istaz poterit pfecte cognosci p subam itellus agentis. As-
sumptu⁹ pbaf. qz pfecti⁹ nō stinet eminēter i ipfē. sic sensitiae
nūc nō stinet in vegetatiuo: sz ecōtra. ex. z. de aia. igit zc.
Cōfirmat: qz certū est q̄ ynuqdz cognoscibile natuz
est intelligi: aut intuitiue: aut abstractiue. p̄mo: quēadmodū
sensibili p̄ticularē cognoscī a sensu. Sensus. n. mouet ab
obo p̄ticulari sensibili in p̄pa exēntia et nā: et sic ab eēntia
ipsius abstractiue illud cognoscī q̄ cognoscī p̄ spēz: sz
suba separata est de se cognoscibilis. aut ḡ intuitiue: aut ab
stractiue. Sz neutro mō pōt cognosci p̄ itellim agētez. nō
intuitiue: qz suba itellus agētis nō est suba separata: q̄ bz in-
telligi per ipsuz itellim agentez: neqz stinet ipsam eminē-
ter: vt possit dici q̄ per aliquid supeminēter representās
intuitiue cognoscī. Necqz intellectus agens est eius spēs:
seu formale rep̄sentatiū: vt de se p̄z. ergo substatia sepa-
ta nō abstractiue cognoscetur per intellectum agentem.
Cōnide: qz sufficit q̄ suba separata intelligit sic a se alte-
ro istoz modoz. Uel diceſ q̄ in suba itelluctus agentis
substatia separata cognoscī in simili: et in aliquo rep̄sen-
tatiuo virtuali. Uel diceſ q̄ intelligit per discursuz dis-
currēdo a suis effectibus ad cognitionē substatię sue.
Cōtra. p̄mū excludit p̄ hoc q̄ Aristo. vult q̄ intellect⁹
polis est oia fieri: sic q̄ oē intelligibile pōt cognoscere q̄z
rum est cognoscibile: et fin oēm modū sue cognoscibilita-
tis. pfecte aut ynuqdz cognoscī: q̄si nihil eius latet itel-
lucti cognoscētē. q̄ si nō attingit suba separata ab itelluctu
possibili fm̄ oēz cognoscibilitate ipsius: sequit q̄ nō pfe-
cte cognoscī. Cōtē accipio illū gradū cognoscibilitatis q̄
atttingit a seipsa suba separata: q̄ si intelligit: ille gradus
aut est ens: aut nihil. si nihil p̄ nibilo relinquat. si ens. er-
go intelligibilis: qz ens et intelligibile coniunctū. Et yl-
terius: cū talis gradus cōtineat sub ente: qd est obz itells
nū: sequitur q̄ poterit cognosci ab intellectu humano.
Sedā r̄slo excludit per hoc. qz cognitio in sili: et yli est
cōfusa. igit si suba separata tm̄ in sili cognoscere: et in natu-
ra yli cōmuni sibi et intellectui humano: sequit q̄ tm̄ co-
gnoscere cōfusa. Quare cū cognitio cōfusa et ipfecta non
possit eē beatifica: sequit q̄ itelluctus polis nō beatificaret
in tali intellectioē. Assumptu⁹ pbaf p̄ Aristo. io. ethicoz.
vbi vult q̄ felicitas nr̄a est opatio nobilissima: nobilissi-
me potētie: circa nobilissimū obm nobilissimo mō sside-
ratu. Tertia r̄slo excludit. Tū qz cognitio arguitua et
discursua est ipfecta. Tū qz discursus p̄supponit noticiā
simplice illi⁹ ad qd discurreat: qz cōpositio seu actus cōpo-
sitius itelluctus p̄supponit noticiā simplice. ex. z. de aia.
Et discursus p̄supponit cōpositionē et diuisionē: et tūc q̄rē
duz est per quid habet cōceptus simplex sube separate: et

peeditur vt prius. quare zc.

Cōtē ad idem arguit sic. Illud qd est sufficiēter in actu: vt
posse mouere itellz possibilē ad itellectionē sui: circūscri-
pto itelluctu agēte: nō regrit itelluctu agēte ad itelluctio-
nem sui: sz sube separate sunt bz. igit zc. maior p̄z: et minor
pbaf. nā sube imāles s̄t actu itellibiles: seu itelluctue bz
Lōmetatorē: et nō indigent virtute faciēte eas actu intel-
ligibiles: vt p̄z. z. meta. cō. p. z. de aia. cō. 18. vbi habet i
fine cō. q̄ si qditates essent abstracte: quēadmodū posuit
Plato. nō indigerem⁹ intellectu agēte: nec requirit itelle-
ctus agēs ppter abstractionē spēi intelligibilis: qz ista ab-
stractionē nō fit nisi vt p̄portionē obm potētie quo ad eē
C Ad quartū argumentū respondē negando cōsequētiaz: Ad probationē respondetū: quod omnis naturā: que non est simpliciter necessaria: neq; actus purus inducit per quādāz entitatis positivā sibi adueniētē: que ē de se idividuabilis et plurificabilis determinātis et contrahētis naturās ad ēē individualē: et hec est quā vocamus proprietatem individualē vel hecētates: et ista entitas ē differētia p̄ se determinātis naturās et facies unum per se cum illa: ita quod est per se diuisua nature: et constitutiva per se individualē. Et ad illud quod infertur quod omnis differētia per se est formalis et specifica: negatur hoc: quia non omnis differētia formalis est specifica: nisi sit quiditatua: quod nō ē in proposito: quia talis differētia est p̄mo diuisa ab oī quiditate ut alias dictum ē. **C** Uel potest distingui de Differētia formalis: quedam enīz ē per formas: quedam tia for in forma. Prima distinctio est per formas: sicut p̄ principiū malū pīnia distinctiua: et ista nō semper ē quiditatua: nisi forme plex sint quiditatua: et pertineant ad quiditatē: et esse formale rei: cuius sunt forme. Modo hecētates possunt dici actus et forme: non tamen quiditatua: quia non pertinet ad quiditatē: sed sunt extra omnem quiditatē: et solum pertinent ad esse materiale rei. quod distinguitur contra omne esse formale et quiditatuum. Si autē capiatur distinctio formalis in forma: est sensus: quod non tantū forme sunt principia distinctiua: verum etiā: quod faciunt differētia in forma et in aliquo esse formalis: hoc autē non est verum de hecētatis. Non enīz faciunt differētia in esse formalis: sed precise in esse signato: et materialis: quia si cōparentur ad esse quiditatūs habent rationē materie: licet absolute et determinant materialē h[ab]it aliquo modo rationē actus. De quo diffuse dictū ē in quod ē idividuationē nāe. Ad p̄hī secundum posteriorū: et i. o. metaphysice. Respondeo quod ipse vult quod quecūq; differētia ē citra differētia specificā specie specialissime: illa est materialis: et per accidens ut opponit per se quiditatē: et b[ea]tudo.

CAd quintum respondeatur: quod oppositum est vero. v. si esset unus intellectus numero in omnibus hominibus: magister non posset erudire discipulum: ut ostensus est superius. Quero eni quid faceret magister in discipulo: Lectorum est quod non potest ipsum instruere nisi agendo in fantasmatu discipuli per intellectum suum habituatus in aliqua scientia. Aut agendo intellectus possibilis. Non primo modo: ut patitur: quod intellectus habituatus non agit nisi in fantasma: sed ad que conuertitur: aut recipiendo formam aliquam de uno: aut intendendo illam quam habet. Sed hoc non facit: nisi respectu illius a quo habitus recipit: et quod nulla actio intellectus per habitus potest esse: nisi circa illud fantasma a quo ipsius habitus tantum naturalis similitudo ipsius. igitur et ceterum. Non etiam intellectus habituatus agit in intellectu possibili: quod non causabit illam intellectum circa illud fantasma a quo effectus eius aliquo modo. igitur et ceterum. **P**reterea quod intellectus habens in se aliquas formam actualiter: producat consimilare formam in se ipso: aut in alio: videtur irrationaliter: quod si coedetur (sicut videtur coedendum: sequendo opinionem suam) sequitur quod scientia in magistro erit qualitas activa: sicut etiam ipse dedit. consequentia probatur: quod intellectus habituatus si est principium scientie in discipulo non est principium: nisi mediante habitu scientie. Ideo scientia erit forma activa. Et propterea respondeatur ad argumentum Auerrois: quod magister docendo discipulum per voces expressivas conceptum: quos habet apud se: format aliquam fantasiam in discipulo de illis conceptibus: et ex fantasiam discipuli intellectus eius mouet ad concipiendos huius conceptus: et ex frequenti consideratione ipsorum pariter et sensu aggeneratur habitus in intellectu discipuli.

CAd sextum respondeat: quod non inconvenit in accidentaliter ordinatis procedere in infinitis: et esse multitudinem infinitam: et maxime in his: que non sunt entia perfecta in specie: sed partes speciei: et ulterius sunt entia immaterialia: quemadmodum sunt anime intellective: et ista est ratio Algazelis. **S**ed contra, probis concedit processum in infinitis in causis accidentaliter ordinatis successione: ubi una post aliâ succedit. Sed non si simul accipiuntur: quod infinitas in quantitate: sive in magnitudine: sive in multitudine est in potentia: et accipiendo alterum post alterum: ut dicitur tertio physicorum. diffiniendo infinitum: quod est illud: cuius quantitatem quantumcumque accipientibus et ceterum. textu commeti. 63. Et commentator commet. 58. habet quod infinitus consistit in actu permixto potentie. Et Aristoteles de intentione ostendit: quod infinita multitudine non potest esse in actu: et ideo sine ratione equaliter concludunt de animalibus: sicut de corporibus.

Itez, si multitudine infinita sit in actu animalium: qualitercumque sit ordo inter ipsas: erunt infinitae species numerosae in actu: quod due aie faciunt numerosas binarius tres trinarius: et sic in infinitis in speciebus numerosas: quorundamque libet species: et omnes simul erunt in actu: sed inter species quorundamque generum est ordo essentialis: ergo in entialiter ordinatis erit infinitas: quod est contra Aristotelem.

nes geniti: non tamen infiniti. **C**ontra hec arguit: et primo contra primus. Ex naturalibus non potest ostendi speciem humana esse productam de novo plusquam alias speciem: quod species omnes sunt eterne: et maxime perfecte: sicut est species humana secundum ipsum. igitur non potuit produci de novo. **C**onfirmatur: quod homo productus aut perducitur immediate a deo: aut mediante causa secunda. Non primo modo. **E**t quia deus agit ex necessitate nature. igitur non agit ex tempore: et de novo aliquem effectum immediate per priuationem cuiuscunq; medy: ut probatur octauo physicorum: et commentator ibidem commento. i. **E**t quia sic homo crearetur: si nulla causa media concurreret ad causationem hominis. Si detur secundum v. quod deus producit hominem mediante causa secunda. igitur homo fuit ab eterno. Probatur: quod infinites causa secunda fuit disposita ad causandum hominem simul cum causa prima: quia omnis influentia: que nunc est in causis secundis a prima per motum orbis ad producendum: infinites processit. igitur non potest esse aliqua causa secunda de novo ordinata ad producendum aliquam speciem in uniuerso: que non perfuerit.

CItem, impossibile est ens ad finem esse factum ab eterno: nisi finis gratia cuius sit et habeat esse: quia finis semper est prior his que sunt ad finem: cum se habeat sicut principium in speculabilibus ex secundo physicorum. textu commenti. 89. sed homo est finis omnium. ex eodem secundo physicorum. textu commenti. 24. ubi habetur Et nos sumus quodammodo finis omnium. igitur et ceterum. Unde ratio Aristoteles: que bene concludit simpliciter infinitam hominem in specie sua: sicut alterius speciei. **C**ontra illud quod dicunt quod non est necesse homines processisse per generationem et ceterum. Contra: species perfecta: sicut homo secundum Aristotelem. non potest produci nisi yniuocetur: et ex semine: quia causa equiuoca non sufficit effectum aliquem perfectum causare: nisi concurrat causa yniuoca. igitur si fuit ab eterno: ab eterno genuit: et ita infiniti homines fuerunt.

Contra tertium additum: quod si homo fuit ab eterno: non tamen generauit ab eterno. Contra. Quod est semper homo in se rationem sive semper existentie secundum Aristotelem. et ita secundum illam est in se formaliter necesse esse: quoniam non habeat talis necessitatem a se. igitur homo genitus ab isto homine qui habuit esse ab eterno: non potuit esse corruptibilis: consequens est falsum. igitur et antecedens: consequentia patitur: quia in generatione yniuoca generans et genitum sunt eiusdem rationis. igitur si ynum est incorruptibile: et reliquum: falsitas consequentis probatur: quia homo genitus habet in se principia contraria naturaliter: que sunt necessario principia corruptiōis. Ex quo sequitur quod etiam homo eternus haberet huius principia: et esset corruptibilis cum ynus yniuoce generetur ab alio

Ideo aliter. ridetur ad argumentum: quod infinitas in multitudine animalium potest intellegi duobus modis. Uno modo in actu. Alio modo in potentia solutio. **T**ertia. prima infinitas est: quod anime sunt tot: quod plures et non anima. secundum. in potentia sunt tot: quod accipiendi nitate. una post aliam numerumque possunt habere finem: vel non tot accipiuntur quoniam plures possunt accipi. Prima infinitas est simpliciter impossibilis: et in animalibus et in quacumque alia multitudine: et ista improbat tertio physicorum. Si vero loquamus de alia infinitate potentiali: que est quod non tot accipiuntur de aliqua multitudine: quoniam plura possunt accipi. Ista infinitas non est impossibilis: neque improbat tertio physicorum. **E**t si arguas quecumque sunt infinita in potentia: sic quod accipiendo alterum post alterum nunquam possunt habere finem: si simul actu

Articulus

sunt: sunt actu infinita. anime intellective; posita eternitate mundi: sunt h̄. igitur et c. Dicitur ad maiorem: q̄ ly actu: vel potest determinare ly sunt velly infinita. Si primo modo conceditur: q̄ infinite anime que successivae et in potentia fuerunt infinite si simul actu sunt: siue existunt: etiam actu existunt simul infinite. Si vero ly actu accipiatur secundo modo falsa est illa maior: quia infinitas actualis et potentialis sunt alterius rationis: et ex una non potest sequi alias: sicut non sequitur. ista non sunt tot accepta: qn plura sunt acceptibilia. igitur sunt tot q̄ plura eē nō possunt: consequens contradicit antecedenti. Si teneat ista respsio exponēda ēē ratio Doctoris Subtilis: qua p̄bat infinitas dei in p̄o fñiaꝝ. d. scđa. q. de infinitate p̄mi entis: ybi p̄bat: accipiendo ista maior rem nūc dicta: q̄ actu infinita intelligibilia sunt in itellectu diuino: et forte maior ē vera i talis intellectu gra māe. qz nullū intelligibile subterfugit actu intellegit diuini: pp qd nō possunt eē plura intelligibilia q̄ que sunt in intellectu diuino. Ex h̄ apparet r̄sio de sp̄ebus numeroꝝ: qd arguebaꝝ supra: dicēdo q̄ talis infinitas ē tñ potētia in accipiendo p̄tē post p̄tē: de ista multitudine: et sic successivae: vñ lꝫ infinite sp̄es tales sunt in actu quātum ad vñitates māles: que sunt māle in nūero: ex quo māliter constituitur nūerus. vel c̄stū ad vñitates formales: q̄ insequuntur qditates specificas: tñ sunt precise infinite i potētia: qz modus sue infinitatis ē p̄ acceptōe i intellectu: accipiendo p̄tē post p̄tē i multitudine i infinitū. Et si dicas: q̄ Ari. et negat infinitatē i potētia in eēntialē ordinatis: et in qbus cunq; sp̄ebus. R̄sideret quo ad sp̄es: q̄ ē stat in sp̄eb: q̄ sunt de pfectōe vñiuersi: s̄z nūeri et figure n̄ sunt h̄. q̄ re et c. Quantū ad eēntialē ordinata: r̄sideret q̄ veꝝ est: ybi ē ordo eēntialis depēdētie posterioris ad p̄us: qualis nō ē in nūeris: vñ lꝫ nūerus maior depēdeat a nūerozi quātū ad vñitates māles: nō tñ quātū ad vñitatē formales: a q̄ nūerū ē p̄ se vñ q̄ vñitas iseḡt qditatē specificā: sic passio suū subz et statu. In istis sic ordiant p̄bat Ari. 2. mera. ybi probat statum i cāis. P̄tē etyliō dici q̄ oēs nūeri sunt eiusdē spei: sic linea maior et minor: et h̄ videt eē de mēte Ari. 8. metaphysice: q̄ cōpat diffinitōes nūeris. textu cōmēti. io. vñ sicut vñitas in nūero addita vt varia ta constituit nūerū maiorē aut minore: supiorē et inferiore: rem: sic vñia addita vt variata in diffinitōe: s̄z rō et diffinitio supioris et inferioris nō distinguunt s̄m sp̄em: vt diffinitio aialis et horis: et oēs nūeri h̄nt vñā formā specificā. et h̄ videt pseq̄ Lōmetator ibi in cōmēto. Prīa tamē respsio videret melior: q̄ si teneat op̄s r̄ndere ad cōmētu allegatiū: q̄ p̄ additionē vñitatis nūerus transſert ad aliam nām: h̄ est veꝝ quātū ad eē māle in nūero: nō quātū ad eē formale: et hoc sufficit ad cōmētu. P̄tē etiā dici q̄ infinitas actualis in multitudine nō est impossibilis: nec ratiōes Arist. hoc improbatē sunt demonstratiue: sed tātum probabiles: vt ipsemet fatetur in principio illarum rationum. textu cōmēti. 40. Inquit enī. Ratiōnabiliter quidem igitur his speculantibus ex h̄. videbitur et c. quē modum loquēdi habet quando facit ratiōes tantum probabiles.

Ad penultimum argumētum principale. Respondeatur vñ modo q̄ Arist. intelligit de his que sunt per se in specie: et non sunt principia speciei. Nam certum est q̄ materia p̄ia est eterna et incorruptibilis: et tamē alia materia ē in te: et alia in me secūduꝝ numeruꝝ: vt vult Arist. duodecimo metaphysice. textu cōmēti. 27. Pariformiter h̄ concedere de anima: cū ponat eam actum et perfectionem materie.

Vel dicendum est et melius: q̄ liczyyna causa multipli

cationis specierum in indiuiduis ab Aristo. ponatir cōseruatio speciei: tamē ista non est precisa causa: sed causa adequata est: quia natura specifica non est actus purus: sed potentialis et determinabilis per multas realitates contrahētes: qd repugnat nature simplicissime et tactuallissime: et vñiuersaliter secūdum Aristo. cuicunq; nature simpliciter necessarie: quia omnis potētia passiva removetur a sempiternis. vt patet per ipm. 9. metaphysice. textu commenti. i7. Ponit enim quodlibet sempiternum esse implurificabile: quia in tali nihil nouum proueniēre potest: nec vñum indiuiduum multiplicari post aliud: quia quicquid potest esse in tali natura: de facro ē. igitur si posset plurificari in plura indiuidua: posset plurificari in infinita: et si sic: sequit̄ q̄ infinita indiuidua actua liter essent in tali natura. Assumptum autem hoc probatum est supius per hoc: quia natura que plurificatur in pluribus non determinatur ad certum numerum suppositorum: et qua ratione potest esse in duobus aut tribus eadem ratione: et in infinitis quod apparet ex hoc: quoniam species ppetuā p infinitā successionē idiuinduox. Ad illud qd additur de corporibus celestibus pater responsio. Nam quodlibet tale scđb Aristo. est formaliter necessarium: et nullum necessarium potest multiplicari: et etiam corpus celeste singulare in vna specie est ex tota materia illius speciei: et hoc non tantum actuali: sed etiam potentiali: vt habetur primo celi. textu commenti 95. quia nulla est materia scđm ipsum possibilis manente tali specie: que non sit tota in uno singulari: in tali specie: et hoc intelligendo qualiter cunq; materiam istorum corporū. Neq; est verum qd communiter allegari solet: q̄ in immaterialibus vnicum indiuiduum contineat totam perfectionem specificaz. Quā si aliquod indiuiduum ex hoc solo: q̄ est sine materia: habet h̄ in se totaz perfectio nem speciei: que ex se nata est eē in infinitis: quantum ē ex se videretur habere perfectionem infinitam ex sola carentia materie: et quicquid potest habere perfectionē infinitam: actualiter habet eam: igitur quelibet species habens vnicum indiuiduum in immaterialibus: habet h̄ perfectionem infinitam: et ita talis species non ēē finita et determinata per differentiaz vltimam: qd nemo phorum nunq; posuit.

Preterea causa tantūmodo priuatiua non ponit circa posituum aliquid perfectionis: quia nihil positiuꝝ addit ad id: respectu cuius est causa priuatiua. Sed carentia seu separatio forme a materia est causa tantūmodo priuatiua. igitur et c. et ita falsa ē illa propositio vulgaris. Forma igitur materialis potest intelligi duobus modis. Uno modo: quia non participabilis a materia: vel comunicabilis materie: vt forma tactus eius. Alio modo quia non est determinabilis per hecitatatem: que est materia opposita quiditatē: vt dictum est supra. Si primo modo accipitur forma: et dicatur habere in singulari totam perfectionem speciei: ista propositio est falsa: et petit principium contra asserentes formam immaterialē plurificari. Si autem accipias formam immaterialē: secundo modo conceditur: quia talis est de se hec: nullo modo contrahibilis per aliquam realitatem sibi aduenientem: sicut est omnis natura simpliciter necessaria scđm Aristote. a qua excluditur omnis potentialitas ad actum perfectiū ipsius: quod non competit nature anime intellective: vt patet ex dictis.

Ad vltimum principale: respondetur q̄ dictum p̄bi in primo celi debet intelligi scđm virtutem probationis sue. Probat autem q̄ illud qd incipit esse non potest esse sempiternū: quia omne quod est ḡnabile ē corruptibile

quia generationes & corruptiones sunt a contrariis in contraria: siue ab oppositis in opposita: et scđz Lommetatorē ibidē impossibile est quod habes contraria maneat per finitū tempus. vult ergo p̄hs ibi: quantum probatio sua pretendit: quod enim quod incipit esse per generationem: cui est aliquid contrariu[m]: aliquando definit esse per corruptionem. Ut in p̄ celi textu comēti. i. 40. h[ab]et sic textus Lommetatoris. Dicamus ergo quod impossibile est ut aliquid prior sit eternū ens: deinde post sit ens eternū: oia. n. generabilia & corruptibilia alteratur & transmutatur: et non alteratur nisi ex suis contrariis: ex quibus conponuntur & generantur generato[n]e nāli: et per ea consumuntur & corrupuntur. Et hec Ari. ibi. Sic autem aīa intellectua non incipit esse: quia nec h[ab]et contrariū: nec ponitur ex contrariis: ideo non est corruptibilis: unde ex dictis ph[ilosophi] ibidē sequitur oppositū: quod hic Ari. non ponit aliqd corruptibile nisi quod h[ab]et contrariū per se: aut per accidentem: aut ponitur ex contrariis. Et ad hoc videtur prædere pene oīes rōnes ibi posite: ut p[ro]p[ter]a ita. Nec obstat quod exponendo istū terminū genitū dic: textu comēti. i. 2. v. 3. H[ab]enitū est quod incipit esse: siue per genitō: siue non: quod ibi loquitur de isto termio genitū extēsiue: et secundū munere acceptionē: quod innuit supra immediate exponēdo genitū prior mō. textu comēti. iii. v. vi. h[ab]et Ari. Videlicet at genitū uno qdē mō si sit aliqd nūc prius non ens sine generatione & transmutatione: quēadmodū quida tāgi & motu dicunt. vbi allegat opinionē quorūdā de motu & tactu que sic sunt ingentia.

Sed contra: quod qui dicit Ari. quod genitū & corruptibile conuertuntur aut accepit genitū extēsiue: aut proprie. s. p. illo tūm quod incipit esse per transmutationē māe: que sit p[ro]p[ter]a ei? quod fit. Si prior mō h[ab]etur itētū: quod cū aīa sit genita accipiendo genitū extēsiue: erit corruptibilis: quod incipit esse sine transmutationē māe: que sit p[ro]p[ter]a eius: si vero genitū accipit se: cūdō mō. s. p[ro]p[ter]a: tunc rō Ari. contra Platōnē non excludit: quod Plato non posuisset mūdū p[ro]p[ter]a genitū per transmutationē materie: sed p[ro]p[ter]a simplicē emanatōe: et ita si fiat ratio huius ostensio[n]a: minor erit falsa.

Ad hoc r[ati]onē detur quod genitū in rōne Ari. accipit p[ro]p[ter]a non extēsiue. Et cū dī: quod minor ē falsa: negat. Pro quod ē aduer sedū quod cū transmutatione sit actus sub transmutatione de p[ro]p[ter]a ne forme ad formā: ut p[ot]est p[ar]i ex diffinitiōe transmutationis. c. ph[ilosophi] co[n]tra. talis transitus vel est de priuatione ad formā: ut ly. de ipso[t]at ordinē temporis: vel nāe. Si p[er] mō est sensus: quod mā rei que sit: p[er] tempore est priuata forma quod h[ab]et ipaz. Si secundo mō est sensus quod priuatio forme in mā p[re]cedit ordine nāe formā. Capiendo transmutationes prior mō mūdū non est genitū per transmutationē materie: et sic minor assūpta in rōne Ari. esset falsa scđm Platōnē. Si scđm mō: sic Plato cōcederet mūdū esse genitū per transmutationē materie: quod etiā fīm Ari. mūdū cōstat ex tota sua mā: ut in priori celi. textu comēti. 95. et quodlibet tale ē corruptibile: et maxime hoc sequitur ex opione Plato nī: quod posuit celū & intelligētias esse cōpositas sic ex materia: et p[er] consequēs: nec mūdū nec p[er]tinet p[ri]ncipaliores: nec tāde aliiquid in ipso p[ot]est perpetuari. Ad p[ro]positū de aīa intellectua ipa non est genita ex tali mā: quod nullaz h[ab]et māriaz intrinsecā: ex qua fiat: quare r[ati]o.

Potest ē dī p[ro]babiliter quātū ad hoc cū ipo. Quod omne quod incipit esse: quātū est de se: p[ot]est desinere ē ē pari rōe: et iō p[ro]p[ter]a h[ab]et cōtra Platōnē: quod mūdū de se non p[ot]est esse p[er]petuū: et incorruptibilis ex se si genitus est. Sed quod anima que non generat (cū non sit dī potētia māe educta) sit p[er]petua rōne cōseruātis extrinsecā: a quo ē producta: hoc non est cōtra p[ri]ncipia ph[ilosophi]: maxime quod nullū h[ab]et h[ab]itu[m]: quod posset ipam corrumpere.

Sed cōtra istā responsione ē statut: quod si aliquid ē ex se possibile: nō potest ab alio p[er]petuari: nisi nā possibl[er] mutetur in necessariā: vt dicit Lommetator. i. 2. metaphysice. cōmēto. 4. i. et prior celi. cōmēto. iii. sup illud. impossibile ē vt nō generabile cadat sub corruptione.

Preterea: anima intellectua: aut h[ab]et naturā per quā potest semper ē: aut p[er] quā p[er]tinet nō ē. Si prior mō: igitur ī anima intellectua erit due potētiae contrarie: quarum una erit ad semper ē: et alia ad non ē: si quātū est ē ex se p[ot]est desinere ē. Lōsequētia p[er] Lommetatorē prior celi. i. similis. textu comēti. i. 20. Si. v. 3. aliquid ē et possibile ē ex se & necessariū ab alio in eo aggregaretur due potētiae contrarie: vt dictum est. Si deitur z. sequit[ur] idē quod p[er] p[ro]p[ter]a. Preterea: si aīa intellectua quātū est ē ex se potest non ē: et tamē p[er]petuatur ab alio: igitur potētia mea ad corruptionē ē et ociosa in natura: cōsequētia p[er] p[er] Lommetatorē: vbi supra. cōmēto allegato in priori celi: et cōmēto quanto ibidē in simili de celo. et cōmēto. 20.

Ad hec respondeat de priori ad p[er]missō distin[ct]ionē de possibili. Quoddā enī ē possibile cuius esse ē in triplex. continuo fieri: et semper h[ab]et nō ē et motus: cuius ē est in fluendo. Aliud ē possibile quod h[ab]et ē permanens: et totum suū ē recipit in p[er]mo instati p[er] transmutationē: sed intrinsecē h[ab]et potentias ad corruptionē: ex eo quod est compositū ex materia & forma: et ex contrariis. Tertiū possibile ē quod accipit esse ab aliqua potentia productiva: et ē terminus eius sine motu & transmutatione: quod intrinsecē nullaz h[ab]et p[osition]ē ex materia: aut ex contrariis. Primū possibile appellatur possibile simpliciter continens scđm partes. Scđm appellatur possibile subiectuum: hoc est deductū de potentia subiectua. Tertiū appellatur obiectuum: quod est obiectū potentie actiue. Si loquimur de priori possibile tale potest ē possibile intrinsecē: et tamen ab alio perpetuari: vt ponit Lommetator commento. 4. i. 2. metaphysice. Si loquamur de secundo non potest ab alio perpetuari: quia hoc concessio potētia que ē in eo ad corruptionē esset frustra: vt arguit Lommetator: primo celi: et ita natura possibilis: transmutare in necessariaz: vt ipsedictum. Quia vltius scđm ipsum aggregarentur due potētiae contrarie: vt argutum est. Si vero loquamur de tertio possibile: quod potest appellari possibile obiectuum (quicq[ue] dicit Auerrois de h[ab]itu) ei nō repugnat ab alio perpetuari: quod a nullo potest corrupti p[er]terquam p[er] prima causa: a qua processit: vt dictum fuit superius: et tunc non sequitur quod nā possibile transmutetur in necessariaz: quia tale non ē possibile: potentia exente ad actū corruptionis: nisi respectu p[er]me cause: cuius causilitati subest quātū ad esse: et quantū ad non esse: et respectu cuiuscunq[ue] alterius h[ab]et necessariū ē. Ex quo per nullaz agens creatum potest ē sub non esse sua natura: igitur est possibile respectu prime cause: sed respectu cuiuscunq[ue] alterius ē necessaria: et rationes adducte ī p[er]mo celi non improbat tale possibile posse p[er]petuari.

Sed contra: quod h[ab]et potentia vt sit semper in futuraz: habet potentiam vt sit semper in p[er]teritum. igitur intellectus semper fuit ab eterno: consequētia p[er]tinet: quia in perpetuis non differt esse a posse. tertio physicorum.

Respondetur concedendo quod intellectus sicut habet potentiam ad futurum vt semper sit: ita etiam ad p[er]teritum: quod hoc sibi non repugnat quantum est ex nā sua: sed ex parte illius cuius est actus: et p[er]fectio sibi repugnat: quod ad ipso determinatur: vt p[er]p[ar]ia ei p[er]fectio: ex scđo de aīa.

R[ati]onē dī quod p[ro]positio adducta h[ab]et vītates ibis quod sunt omnino abstracta a tempore: vt dicit Lommetator ibi. Anima autē

Articulus

nō est oīo sic abstracta; sī est in tēpore rōne prop̄ per fectibilis. C Uel dicēdū q̄ Aristo, introducit illā auctoritatē tanq̄ dictū antiquoz: nō tanq̄ propriuz, q̄ arguebant, mūdi possūt cē infiniti. igit̄ sunt infiniti: quia in eter nis non differt cē a posse.

C Ad aliud quī infert q̄ due potētie eēt r̄c. Responde detur negādo 2̄tīā: vt p̄z: q̄ h̄z potētiā p̄ quā p̄t semp̄ eē in ordine ad agens creatū: q̄ vt sic nō h̄z principiū intrinsecū corruptiōis: neq̄ ēt extrinsecū. Sed si potest nō cē hoc est p̄ respectū ad primū modo potētie nō sunt cōtrarie: nisi sint h̄z idē: et respectu eiusdē: q̄ nō ēt p̄posito.

C Ad aliud q̄d inferit: q̄ potētiā ēt frustra r̄c. Responde tur negādo cōsequētiā. C Pro quo est notādūm q̄ potētiā est frustra: que nō asegit illud: q̄d est intētū a natura: sicut habz videri secūdo ph̄ycorū. textu 2̄mēti. 6z. Nō. n. quis est balneatus frustra: q̄d nō defecit sol: vt dicitur ibi: q̄ iste effecit: q̄ est balneatio: nō ordinat ad defecum solis: neq̄ intendit ip̄m.

C Secūdo notādūm: q̄ nā nō intēdit corruptiōez forme: nisi p̄ accidēs: q̄. s̄intēdit ḡnatiōne alterius: que nō p̄t inētē materie: nisi corrupta forma priorē. Ex his sequitur ynu correlariū: q̄ potētiā nālis si sit ad aliquid sine inclinatōe et appetitu nāli ad ip̄m: si illud nō attingit: non propter h̄z est frustra: sicut nō dicim⁹ lapidē frustra b̄fē grāuitatē: si nō ascēdat: q̄ ad ybi surſū nullā h̄z nālē inclinationē. cū talis forma repugnet nāe sive. Ex his apparet r̄nsio ad argumētū. Nā si potētiā ad corruptionē in mā sit frustra: ybi nō possit attingere terruīnū corruptionis cōpositi ex ip̄a: hoc iō est: q̄d mā nō sc̄ise ordinat ad corruptionē illius forme: quā habz: sed etiam ad generationem alterius: que cōcomitatur corruptionē prioris: q̄d mā nō potest denudari ab oī forma. Sed ybi in materia ēt potētiā ad corruptionē simpli: cū ista potentia sit ad imperfectū: q̄d nō intēdit a nā: ista potētiā nō esset frustra. Quia frustratio et oīositas est ppter id q̄d intēdit: vt dc̄m̄ est. Ad p̄positū: si anima intellexiū sit in potētiā quātū est de se ad corruptionē in cōpatiōe ad p̄mū agēs: q̄d eius actioni seu virtuti subiiciēt quātū ad nō esse: et nulli alteri: potētiā ipsius eo modo quo ponit in ip̄a ad corruptionē: ēt ad simpliciter nō esse ipsius: et nō ppter eē ad alterius: et sic ēt precise potētiā ad īmp̄fectionē: quare talis potētiā nō esset frustra: et si nunq̄ deduceret ad actum.

C Aduertēdū tamē q̄ deus sicut ex necessitate nāe p̄duxit aīam intellectiū nō depēdetē in eē a mā: ita separata a mā necessario seruat h̄z ph̄z: q̄ i sepatis a mā idē ē agēs p̄ducēs et cōseruatās: in ynu quodq̄ agēs sicut p̄ducit aliquē ynu effectū: ita ip̄m conseruat si p̄t.

C Ostēdūn̄ rōnes Auer. nō cōcludere p̄ prima ei⁹ cōclusionē. s. q̄ aīa nō sit forma nālis corporis. posite articulo primo principali fo. z.

Is excūsis foliēda sunt argumēta q̄ adducta sunt p̄ opiniōe Lōmētatoris ad p̄mā suā 2̄clusionē. Et ad auctoritates Ari. que dicūt aīam intellectiū ēt aliud genus aīe ab alijs. Ad tale dc̄m̄ et ad cōsimilia respōdef: q̄ iō hoc dicit: q̄ anima intellectiū se cūdūm ēt operationem que est intelligere nō depēdet a corpore: sicut alie aīe: et h̄z operationem in qua nō 2̄mūnicat corpus: cū sit opatio organica. neq̄ mālis: vt statim dclabritur: et cū inferit q̄ nō ēt equiuoce forma cū alijs: dico q̄ quātū ad hoc q̄d est esse actum et p̄fectionē corporis nō est forma equiuoce cū alijs: sed b̄s in hoc q̄ nō est organica quātū ad intelligere. neq̄ extēsa in mā. C Ad rōnem quī dicit. Intellexiū est subiectum sive operationis distincte a corpore r̄c.

Nonnulli respōdet vt. s. Thomas q̄ anima intellexiū est forma nō comprehēsa totali. R̄sio lectiū est forma quātū nobilior: tāto magis dominat materie: et ea sua virtute excedit: et p̄ oppositū quātū est ignobilior: tāto magis ēt immersa materie: sicut apparat de formis elemētoz et aliquoꝝ mixtoꝝ: que q̄ totaliter sūt cōprehēsa a materia nullā habēt operationem: in qua non cōmunicat cū mā corporali: anima aut intellectiū est nobilissima diū formaz nālūm: ideo nō est dependēs a mā in eē: neq̄ in operari: et ideo habet operationem in qua non cōmunicat corpus.

Sed cōtra Quia adhuc stat argumētū sic. Que Contra cumq̄ faciūt p̄ sevñū: sic q̄ vnū ēactus risiōne et p̄fectio alterius p̄ informationē: nihil attingit vnū eo. s. Tho. rum q̄d nō attingat altez: licet in attingēdo illud alterius q̄dripli sit quo respectu alterius: sic exēpli grā. Q̄d sp̄era et figura circularis sp̄ere faciunt vnū in actu isto mō: si sp̄era sit p̄ gūtū: fece circularis tāgit planū in pūcto: et vtrūq̄ tā sp̄era q̄d circularitas seu figura circularis tāgit planū in pūcto: licet circularitas sit illud quo sp̄era tāgit planū secūdū pūctū. Sub ista maiore sic p̄bata assumo istā minorē Anima intellectiū et corpus humanū sūt et faciūt ynu in actu: vt p̄cedit aduersari. igit̄ r̄c. Et ita omnis p̄prietas que erit aīe: erit ēt corporis. Et cuiuscūq; ynum erit principiū: etiam alterum.

C Preterea q̄ intellectio cōiceit corpori: et q̄ aīa intellexiū cōptū ad intelligere nō sup̄egrediat mā: arguit. Dō nō ē hō sīm aīaz sive p̄aīaz: nisi sīm q̄ aīa informat mām. ergo nec opatur operatione p̄pria hoīs sīm aīam: nisi vt aīa īformat māz: ergo v̄l nō intelligit sīm aīam: vt h̄z formā: q̄ sit p̄ncipiū huius operationis: v̄l intelligit sīm eū: vt īformat mām. Prīma p̄positio p̄batur: q̄d sicut aliqd se habet ad eē: sic ad operari. P̄z ēt: q̄d cōpositū nō est illud q̄d est: nisi ex partibus: et hoc non vt diuīsīs: sed vt ynitīs: vt p̄z ex septimo metaphysice. textu 2̄mēti v̄ltimi. respetu huius syllabe ab de. a. t. b. et ita vnuersaliter de partibus et toto: nec solum hoc est verum de partibus materialib⁹: quas vocat ibi Aristo. elementa: sed etiam de partibus essentialib⁹: que sunt mā et forma. Compositū enī ex hoc ynu est: q̄d hoc ēt potētiā: et illud actus. ex octauo metaphysice. textu cominēti. i. s. hoc est q̄d vna p̄s q̄ē potētiā: īformat: et alia que ēt actus: īformat ip̄am.

C Preterea tertio. Anima sc̄dm̄ supremū gradū sive p̄fectionis essentialis īformat materiam: sed intelligere non potest p̄petere sibi sc̄dm̄ gradū sup̄iorē q̄d sit supremus. non ergo competit sibi vt excedit materiā intellexiū: et p̄cedere non īformare. P̄pria p̄positio pat̄z: q̄d alioquin homo non ēt supremū ens corporale: nec per consequēs proximum angelo in ordine speciez: nec esset in actu formaliter per illud q̄d est supremū in anima intellectiū: que est proxima forma angelo.

C Preterea illud īmergi est verbus metaphoricuz. Aut enī istud īmergi intelligitur sc̄dm̄ sitū: et hoc est īpossibile. cū intellectus abstrahat ab omni sitū: sicut et q̄libet alia substātia separata. Aut intelligitur magis et minus īmergi alijs et alijs gradus nobilitatis: et tunc nihil est ad p̄positū: aut tandem maior et minor īmersio accipit p̄rō maiori aut minori separatione a materia: et tunc concludit q̄ anima intellectiū: cum sit nobilissima formarum naturalium: non erit actus et perfectio materie: q̄d est contra opinantem.

C Ea ppter respondēdū est aliter ad argumentū: dicē. Operando q̄ opatio aīe dicit̄ duplicitē īmaterialis: yno modo aīe dīsī obiectiū: alio modo subiectiū. Prīmo modo: q̄d ei⁹ obiectum est abstractū a materia: aut a conditionib⁹ mā pliceret.

libus. Alio modo qz recipit in aliquo tāqz in p̄ximo receptivo: qz p̄prio qd est immāle: quelibet aut̄ opatio materialis recipit p̄mō tāquā in p̄mō receptivo in toto composito ex mā r̄ forma: quēadmodū est operatio sensitiva. Si igit̄ p̄mō receptivū alicuius operationis non includat mām corporalē: sed p̄cise sit anima: aut̄ aliquid anime: ista operatio erit imālis: r̄ ex consequēti sequit̄ qz si virtus: cuius est operatio possit opari sine materia: poterit etiā esse sine materia. Ex hoc respondēdo ad formā argumēti dicīt ad maiore concedendo ipsaz cū hac conditione: qz forma non tantū faciat vnum in actu cuz materia: sed etiā in esse sit dependens a materia: r̄ extensa ad extensionēz eius. Sed vbi sit abstracta nō dependēs ab ipsa poterit esse subiectum operatiōis inextense: dato qz corpus r̄ mā nullo modo recipiat: et sic intelligit illud p̄mō d' anima: qz aliqz partes anime sunt separabiles: qz nullus corporis sunt actus.

CAdvertendū tamē qz si loquamur de receptivo remoto intellectiōis: tale includit mām: qz h̄ receptivū est compositū ex corpore r̄ anima intellectiuā qd est homo: et homo dicīt per se p̄mo intelligere: vt qd: vt per se p̄mo intellectiuā dicat illud: qd nō est alteri ratio aut̄ p̄ncipū intelligendi: r̄ respectu hui⁹: intelligere est actus r̄ perfec̄tio: r̄ de tali intellectiuā locutus est Arist. p̄mo de aia. tex. cōmē. 64. quiz dixit: animam nō intelligere: sed homo per animam: r̄ cōcedit qz loquendo de receptivo remoto intelligere cōmunicat materie vel alicui includēt māz: qd est illud qd intelligit: r̄ per oppositū loquendo de eo: qd est quo: seu p̄ncipium quo intelligēdi: intelligere nō cōmunicat materie: qd nō est de alīs operatiōnibus anime: quia p̄mo recipit in aliquo extenso r̄ materiali: vt p̄z in de sensu r̄ sensato.

Sed cōtra hoc arguit: quia ex hoc sequit̄ qz intellectio sit independētior r̄ abstractior qz substantia anime intellectue: n̄s est falsum. igit̄ r̄ aīs. p̄ntia p̄ba: qz aia itellectua est actus r̄ pfectio materie: itellectio nō.

CAd hoc responderet negando p̄sequētiā: qz per hoc qz anima est actus māe: nō arguit depēdētia in ipsa: qz non recipit aliquā p̄fectionē a mā: sed magis ei p̄fectionēz suā cōmunicat. nō. n. recipit anima a materia aliqz esse: neqz ab ipsa substantificat: quēadmodū alie forme: qz etiam fīm Lōmentatorē non constituit̄ in esse per materiam: sed p̄cise cōmunicat suū esse materie: vel salte composito ex corpore r̄ aia. Cōmunicare aut̄ sic eē arguit p̄fectionem r̄ independētiām potiusqz dependentiaz: sed bene in eo cui dat esse: sequit̄ aliqualis depēdētia. Et ad illud qd inferit̄: qz erit abstractior itellectio r̄c. R̄sideo si intelligis p̄ magis abstractū: magis separatū a materia fz esē negat̄ r̄ia. qz eque bene intellectio vniū materie secundū esse: sicut anima: cuius est intellectio: licet nō recipiat in ipsa sicut in subiecto p̄mō: sicut recipit anima: licet nō extēse. Si vō intelligis per esse magis abstractū minus perfectiū materie corporalis: concedit̄: qz materia subalē: vt potentia determinat̄ ad actū subalē: vt ad p̄pria p̄fectionē non ad actū accidentalē r̄ anima itellectua in perficiēdo requirit̄ materiā. Et corpus vt p̄mō et p̄mō receptivū: nō aut̄ sic intellectio. hec enīz nō requirit̄ materiā: neqz vt p̄ncipiū elicitū: neqz vt p̄n cipium receptivū: ex quo postmodū non sequit̄ animas esse imperfectiōr̄ intellectione: qz dare esse formale materia: aut̄ composito sine sui diuīsione r̄ extēsione: r̄ face re p̄ se vnum cum illa: hoc est ex perfectiōe aliquo modo illimitata anime: vt v̄z possit p̄ficere plures r̄ diuersas partes corporis indiuisibiliter: hoc aut̄ arguit maximaz p̄fectionē in eo: qd sic dat esse. igit̄ r̄c.

CAd scđm argumentū p̄ncipale ad eandem cōclusionem respondeſ negando maiore. vera tamē est si sit extēſa ad extensionēz māe: r̄ i ēſe depēdēs ab ipsa: aliter nō. vnde omnis actio p̄phyca corruptiua terminat̄ ad quātū r̄ māteriale. Immateriale aut̄ non potest corruptiū ab agēte p̄phyco. Si. n. agens corrumpens attingit corrupendo dis positiones māles alicui⁹ forme: attingit etiā eentia⁹ forme que in esse depēdet ab illis dispōnib⁹. Anima intellec̄tua nō est h̄. igit̄ r̄c. Nec amplius declarata sunt superius in corpore questionis.

CAd tertīū respondeſ negando maiore. Et ad p̄bationē dicīt cōcedēdo qz multiplicato vno relativoz multiplicatur reliqui. Uerū est accipieđo correlatiū per se p̄prio. nō tamē est v̄z de eo: ad qd aliquid refert̄ per accidēns. Sed in p̄posito v̄n anime itellectue tanqz p̄fēctioni correspondet pro adequato p̄fectibili totū corporis humanū: nō aliqua pars ipsi⁹: nisi per accidēs: r̄ ita multiplicato corpore humano multiplicat̄ anima. Et sic argu mentum facit pro cōclusiōe quā teneo. Et quādō dicīt qz p̄mū p̄fectibile est vnu in actu: r̄ plura in potentia: sic etiam erit p̄fectio sibi correspondēs. R̄sideo vno mo do qz hoc est verum vbi p̄fectio sit extensa: qd nō est in p̄posito. Uel aliter r̄ meli⁹. Dicēdo qz p̄fectio talis est plura in potentia virtualē: r̄ fm quandam virtutem illi mitatam. qz ipsa manens vna subā r̄ indiuisibilis habet virtutem perficiēdi r̄ informandi plures partes corporis humani. Et sic anima est plures fm virtutez: vna tamen secunduz substantiam.

CAd confirmationē. quū dicīt: qz si p̄fectio correspondens p̄fectibili r̄c. r̄sideo qz si p̄fectio eēt simplē ab⁹: r̄ ex nā sua nō vniabilis corpori per informationē: tūc sequeret̄ illud ad qd rō deducit: licet etiā in talibus abstractis. requirat̄ etiā determinata distantia ad passum: qd perficietur per formā abstractā: r̄ hoc ex limitatiōe potētie talis forme. Sed quicqd sit de h̄ formis: salte de anima itellectua nō cōcludit ratio: qz fm Arist. anima intellectua est in loco per accidēs: ex quarto p̄physi. tex. cōmē. 4. 5. r̄ ita qz̄uis per se abstrahat̄ a quātitate r̄ sitū. (hoc est nulluz istoz sibi per se determinat̄) tamē quia ex natura itrin seca nata est eē p̄fectio corporis: r̄ dare sibi eē per informationem: p̄pterea determinat̄ ad situz r̄ quantitatē rōne corporis qd informat̄: r̄ ita per accidēs. quāuis quo quia non magis est in vna parte qz in alia: s̄ tota in toto r̄ tota in qualibet parte.

CAd aliud p̄ncipale p̄z ex dictis in corpore qōnis. **C**Ad aliam rōnē quū dicīt: quoz rōnes r̄c. concedit̄ maior ad hunc sensum: si rōnes ille sint opposite: hoc est repugnantes: quēadmodū sunt rōnes: de quibus arguit rō. S̄z ad minorē dicīt qz rationes que diuidūt gen⁹ sibi sunt corporeuz r̄ incorporeuz: put̄ incorporeū est omnino a mate ria abstractuz: r̄ nullo modo ei vniū per informationē. Et quū dicīt qz corporeuz r̄ incorporeuz: qz cōstituunt bo minez: se habet̄: sicut actus respectu generis qd contrahit̄. R̄sideo qz actus r̄ potentia put̄ sunt d̄rie entis opposite: nō competunt differētis contrahentib⁹ respectu generis. sed actus r̄ potētia: qz p̄petunt ip̄sis sunt solūm desperata r̄ alterius rōnis: r̄ ista nata sunt cōstituere aliqz vnu per rationis: r̄ etiā p̄mo diuersa: r̄ ita gen⁹ se habet̄: vt potētia d̄ria contrahens vt actus. Actus r̄ potētia que sunt d̄rie entis sunt actus existētie r̄ potentia obīua sibi opposite: r̄ ista nō nata sunt cōstituere aliqz vnu: sed actus con trahens genus est actus formalis: r̄ genus cōtractū ē potētia subiectua: r̄ ista nō sunt opposite: sed bene alteri⁹

Articulus

rōnis. ista autē q̄ sic sunt alteri? rōnis b̄t p̄st facere vnuꝝ vnitate vniōis in z̄. Licet nō faciat vnuꝝ vnitate idēitaꝝ, de q̄ als. Ut q̄ sunt p̄ diuersa; sic sunt nata vniꝝ ad faciendū vnuꝝ per se: magis q̄ illa q̄ sunt eiudē rōnis. Per hoc ad formā argumeti. aia intellectua & corpus seu corporeus & incorporeū nata sunt facere aliqd vnuꝝ tertiuꝝ p̄ se. Qz se h̄sit vt actus formalis & potētia subina: & ista nō se h̄sit vt duo diuidētia aliqd vnuꝝ genus: sed precise se habent vt genus diuisum & dīa contrahens.

C Ad sextū p̄ncipale. p̄z rōsio ex rōsione ad obiecta cōtra vltimā cōclusionē posīta in hoc articulo. Pōt tū dici sp̄cialiter ad hoc: cōcedendo illud qd̄ inferī: q̄ corp̄ humanum erit itellectuū: q̄ e p̄ximū receptiuū itellectus: sed nō p̄pterea dicis intelligens. qz nō est sic p̄ximū & p̄prium receptiuū intellectuōis: sed aia sic est receptiuua: & ex cōsequenti denomiñat intelligēs. Sz ad illud qd̄ inferī q̄ eē cōdicatum corpori ab aia est idiusibile. p̄z loco p̄allegato quid dicēdū sit. Sz ad illud qd̄ vltimo inferī q̄ hō eq̄ bene denominare idiusibilis ex parte forme: sic diuisibiliis ex parte māe. R̄ndet q̄ accidēs non denoīat ab eē & simplē totuz nīsi insit toti simplē: & fm̄ quālibz eiꝝ partē: vt est de mēte Aristo. thop. z̄ in p̄n. Indivisibilitas iest homini rōne partis. qz rōne itellect⁹ seu aie itellectuē: & iō nō pōt inferri q̄ hō sit idiusibilis: nīsi cū bac determinatiōe fm̄ partez & itellectuū. Et si adducat illud. s. z. io. ethicoꝝ. Qz hō dicit illud qd̄ est p̄ncipalissimuz sui: & ita maxime dicit itellect⁹. R̄ndet q̄ bene homo denomiñatur ab eo qd̄ est p̄ncipalissimuz sui: & ita denominatur intellect⁹ sive intellectuū: sed tamē nō op̄z q̄ denomiñet simplē ab omni p̄dicato. H̄t illud qd̄ est p̄ncipalissimuz in homine: & maxime si tale p̄dicatum est respectuum. Quēadmodū est diuīt⁹: que saltez iportat respectū aptitudinalē. Uel pōt dici breuiter ad totaz rōnes q̄ in accidētib⁹ ē duplex denoīatio. vt colligīt. z̄ th. Una ē fm̄ eē: alia fm̄ inē. & ex denoīatioē fz̄ inē: nō liez iferre denoīatioē fz̄ esse. vñ nō seḡt hoc est h̄ns albedinē vñ huic inēt albedo. igitur hoc est albū. Ex hoc dicit q̄ homo p̄ aiam itellectuā denomiñat h̄ns indivisibilitate: Sz non q̄ sit indivisibilis. & ex hoc nihil mali sequit̄.

C Ad vltimum argumentuz vbi dicitur q̄ intellect⁹ erit eiusdem receptionis cum mā. patet responsio ex solutio ne argumentoruz Auerrois. Et qui dicis q̄ forma non recipit sine sua materia. R̄ndeo aut per hoc intelligis q̄ forma non recipit vt separata fm̄ eē a mā: sed vt in mā & ei vnta. & hoc concedo. Aut tu itelligis q̄ materia sit ratio recipiendi: & aliquo modo p̄ncipium quo forma recipit: & si sic intelligitur negatur. quia materia solum modo est sic ratio recipiendi vel saltem necessario requisita ad receptionez respectu forme que in eē dependet a materia: & extendit ad extēsionem eius: qd̄ nō est in p̄posito. Et sic est finis istius articuli. Nam alie conclusiones que posse sunt pro opinione Lom̄mētatoris faciunt pro parte questionis: quaz tenemus.

C Animam humanam creari a deo de diuina substantia vt heretica tenet assertio: catholice improbatur.

Tertiy articuli. Conclusio.



Q uantum ad tertiuꝝ & vltimuꝝ arti culū videndū est qd̄ sen serunt Catholici. Et pro huiꝝ determinatiōe. p̄mo ponit̄ opinio heretica: quā re citat Maḡi smiaꝝ. z̄ smiaꝝ. di. 17. dicēt̄ Deum creare aiam de suba sua: eo q̄ dici tur genesis z̄. Insufflavit de⁹ in faciē ho minis spiraculū vite: sic in faciē aploꝝ insufflavit dando sp̄m sc̄m. Qui quidē fatus est de suba flantis.

I.

Sz ista op̄io rōne ip̄obat p̄mo: qz suba q̄ ē necē essēt pōt diuidi cū sit actualissima (z̄ oē disibile est potētiale & actuātā diuidētib⁹) Suba dīna est hō. igīt̄ z̄.

C Secūdo: qz suba dīna nō pōt inherere nec iformare: qz inherere est dare eē fm̄ qd̄ alicui enti p̄ori simplē. suba diuina nihil est p̄us: & assumptū p̄z in exēplo de accidente. qd̄ maxime dī inherere. silt̄ suba dīna nō pōt iformare. Tū qz hoc dicit partē. pars vt sic est qd̄ im̄perfectuz. Ex z̄ phycō. tex. cōmē. 64. qz fm̄ Aris. totū & p̄fectū sunt idez. Hoc at̄ nō pōt competere sube dīne. Tū qz qd̄ iformat̄ est cōponibile cū alio. suba dīna nulli est cōponibilis: cūz sit summe simplex simplicitate excludētē oēm cōpōne & cōponibilitatē. Ex hoc iferī z̄clo itenta: qz cū aia in formet corpus: anima nō pōt esse de suba dei.

C Tertio. suba dei nō p̄mutat̄ ab ignorātia ad scīaz: neq; est passīua erroris: vt de se p̄z. nā est simplē im̄mutabilis: vi cente Boetio de solatiōe. Stabilisq; manens das cum etia moueri. Anima itellectua est hō. igīt̄ z̄.

C Quarto. impole est subam dīna mereri: vel dīmereri & peccare: qz volūtas dīna est p̄ma regula rectitudis: & hec iferiora eo sunt bona quo cōformant voluntati dīne. Anima humana pōt mereri & peccare. igīt̄ z̄.

C Ante corp̄ aiam creari pole est. **C** Lōclusio. II.

S Eunda z̄clo. Aia intellectua cuius cūq; hoīs pōt a deo aī corp̄ creari: hoc p̄baſ. Qz qd̄ fm̄ suā nām non necessario depēdet ab aliquo pōt sine illo fieri. Aia itellīua nō depēdet a corpe inēc: neq; in p̄seruari: qz separat̄ ab ipso. igīt̄ z̄. **C** p̄. qn̄ aliqua duo p̄ducunt̄ duabus p̄ductionibus: quaruz vna pōt sine altera eē: vnuꝝ illoꝝ pōt esse sine altero (s̄i qd̄libet istoꝝ sit natū p̄ se esse: qd̄ of̄ p̄ accidēte: qd̄ licet p̄ducat̄ p̄ alteratiōnem: nō tū pōt esse sine suba p̄ nām: que suba p̄ generatiōnē accipit eē) Sz aia p̄ducit p̄ creatōez: corpus p̄ generationē: & qd̄libet istoꝝ pōt p̄ se esse: qz separant̄. Maior p̄z: qz nec ex parte p̄ductionū: neq; ex pte terminoz p̄duci biliū ponit̄ necitas: qre vnuꝝ nō possit esse sine alio.

C Anima itellectua semp cū corporecreat̄ & simul ei in funditur. **C** Conclusio. III.

E tia z̄clo. De facto simul creat̄ aia & infundit̄ corpori. Nec z̄clo sic p̄bat. Forma que p̄ducit vt iformet: simul p̄ducit & iformat̄. Aia itellectua est hō. igīt̄ z̄. Maior p̄z: qz entitatē forme esse in mā ē formam iformare mām. Entitas que p̄ducit vt iformet statim q̄ p̄ducit ponit̄ in mā & inest ei: sed formā esse in mā est formā iformare mām. Qz nō est itelligibile formā inēē māe & ipsam nō iformare: minor p̄z.

Sz hic iſurgit vna difficultas vt̄ in eodē iſtantī natūre & duratōis quo introducit̄ vltima dispō corporis organi: simul creetur anima & infundat̄.

C Ad quā r̄ndet̄ q̄ in eodē iſtantī tēporis iſtrōducit̄ vltima dispō: anima creat̄ & infundit̄: in diuersis tū iſtantib⁹ nature. p̄ma pars probat̄: qz dato q̄ vltima forma que vltimate disponit ad animā itellectuā: tempore p̄cederet ipsam animā: sequeret̄ q̄ homo non generaret hominē: h̄ns est fallsum. tam fm̄ fidē q̄ etiam p̄hiam: vt p̄z ex sc̄o phycō. tex. cōmē. z̄. igīt̄ illud ex quo sequit̄. cōsequētia p̄batur. Nam illud agens nō generat hominem: cuius actio tota completa est p̄us tempore q̄ sit homo: sed actio hominis generantis tota esset cōpleta p̄us duratione q̄ esset homo: aut anima itellectua (stāte hy potēt) igīt̄ ista actio hominis generantis nō p̄cedit durationē animā itellectuā: & qz ista actio generantis & terminus eius sunt in eodem iſtantī temporis cūz anima

intellectiuā et animatione corporis humani: et animatio hominis ad illam formam de lege cōmuni necessario sequitur: et secunduz phos: secundum cōmūnem influxum generalem: ideo conceditur q̄ homo hominem generat. **C** Preterea. si ista forma disponens tempore precedet animationem: inter istam formam et animam intellectiuā dabitur tempus mediuz: et tunc erit corpus organicum yltimate dispositum: non tamen viuificatum seu animatum. Scđa pars probatur. Quia prius natura intelligitur entitas corporis habita per generationem et entitas anime per creationem producta: q̄ ista duo intelligentur ynitā: et ratio est: qz ista ynio est relatio distincta a fundamento: quia posset deus facere animam veram et corpus verum absq; hoc q̄ essent ynita. Omnis autē relatio distincta a fundamento est natura posterior entitatis fundamenti: quare z̄.

Sed quomodo saluatur q̄ anima sit producta in corpore productione que sit creatio: cum ista productio presupponat subiectum? **R**espondeo. de hoc satis dictū est supra. quia anima in corpore producitur propria productione alia ab illa: qua compositum producitur: primam concedunt theologi: scđaz ph̄i: prima est creatio: scđa nō et ita nihil contra propositum.

Discussio conclusionis secunde precedētis per. 5. argumenta que imēdiate soluentur.

Sed contra. **b**anc determinationem catholicam instatur qui bñsdā medys. primo sic. Dato q̄ anima intellectiuā creetur a deo. et sit forma informā: sequeretur q̄ nullo modo posset saluari generatione hominis: et ylterius nutricatio ipsius: p̄is est falsum etiam fm catholicos: quia tunc virgo gloriosa non fuisset vera Mater Iesu xp̄i. igit̄ antecedens est falsuz. p̄ia probatur. naz fm Aristotilem p̄mo physicoz. Tria sunt principia reruz nālium. v̄z. materia forma et priuatio: que necessario cōcurrunt in omni generatione naturali. Materia concurreit tanquā subm deferens trāsmutationem: forma tanquā terminus formalis generatōis: p̄iu tanquā quoddam necessariuz ānexum materie. Sed in generatione hominis ab homine: nō saluari ista tria. probat. qz terminus formalis generatiōis aut eēt anima intellectiuā: aut aliqua forma precedēs. Nō anima intellectiuā: quia illa est terminus actionis diuine et nō actionis hominis generantis: neq; etiam forma p̄cedēs quia illa terminat tantummodo actionem dispositiūam ad animationem hominis seu ad illam formam per quā est homo. que est anima intellectiuā. Nulla autem forma est terminus generatiōis hominis: vt homo est: que precedit formam: per quaz est homo. igit̄ z̄. **L**onſimiliter probatur de nutricione: quia quiz nutricatio nō sit nisi quedam aggeneratio substantialis: oportet dare terminuz formalem illius aggenerationis: quia neq; anima intellectiuā: neq; alia forma precedens: vt prius sequitur propositum.

Secundo arḡ. Si aia intellectiuā indiuisibiliter existens in corpore informet corpus: et sit in qualibet parte corporis: tunc abſcisa manu Sortis: querif vtruz anima intellectiuā informet illam partem aut nō: non est dandum primum. Quia tunc manus abſcisa viueret: quod est euidenter falso. Si secunduz datur: tunc anima intellectiuā: que prius erat in parte vt in subiecto definit esse ibi: et inest tantummodo toti: igit̄ forma inexistentis vni subiecto vt p̄fectio perfectibili transit in aliud subiectum: et ita migrat de subiecto in subiectum: quod est impossibile.

Tertio orguitur. Si anima intellectiuā sic sit forma corporis humani: sequitur q̄ erit per accidēs figurata: cōsequēs est falsuz. igit̄ aia. cōsequētia probatur: quia anima erit subiectu figure: quia cum figura sit terminatio in quātitate: et terminatio quantitatis sit ratione forme. Igit̄ aia determinās quātitatez erit aliquo modo subm figure: s̄z qd̄ est subm figure ē figuratū. igit̄ z̄.

Item sequitur ex ista opinione q̄ idem numero secundum se totū mouebitur motibus cōtrarijs: posito q̄ manus sortis moueat sursum: pes vero deorsum. Lūz. n. ad motum compositi moueat sursum eius forma substancialis saltem per accidēs: sequitur q̄ eadem anima intellectua in pede et in manu existens ad motū manus mouetur sursum: ad motum pedis mouetur deorsum. Sequitur cōsimiliter q̄ idem simul moneret et quiesceret: et cōsequētiāt p̄is deducitur. **U**lteri. Animā per horā accederet ad centru et discederet a centro: si per horā pes descederet et q̄ eadē manus ascēderet. **U**lterius infertur q̄ idē distaret a se ipso: qz manus sortis distat a pede. igit̄ aia in manu distat ab aia in pede.

Ultimo ex ista positione: sequitur q̄ idem numero poterit redire per naturā. consequens est falsum. igit̄ antecedens: consequētia probatur: quia separatio anime a corpore est violenta. Nullum ylquentum perpetuum: ex 2. ethico. igit̄ separatio anime a corpore nō potest esse p̄petua. Igit̄ naturaliter aliquādo reunietur aia suo corpi: et ita idē numero secundū naturā reparabit.

Responsiones suprapositaꝝ rationum.

A **D**ista respōdet **t**ad primuz negando p̄sequētiam: sequendo viam: que tener pluralitez formarū. Licer secundum viam sancti Thome argumentum forte concluderet. Et cum queritur de termino formalī generatiōis hominis. Respondetur q̄ est yltimate forma substancialis yltimate disponens ad generationem hominis seu ad productionē anime intellectiuā: que forma non prius tempore producitur q̄: producatur aia intellectiuā seu homo: et ita agēs naturale attingit hominem per generationem: quia attingit aliquid: ad quod secundum generalem influxum necessario sequitur homo seu anima intellectiuā producituā a deo in eodem instanti temporis: quo producitur forma precedens: quia secundum theologos: organiçatio corpore et disposito: statuit deus producere animaz intellectiuā in ipso: in qua yltimate perficiatur: et sic homo generat hominē. **N**oc autem non potest saluari secundum viam sancti Thome. Et cū dicitur q̄ nulla forma precedens formā: per quam homo est homo est terminus formalis generationis hominis. **R**espōdetur q̄ propositio est vera ybi forma tēpore p̄cedat formam: s̄z ybi sint s̄l tēpore: et yna necessario aliquo mō sequat ad aliaz: illa q̄ precedit p̄t dici ratio generandi hominē: seu terminus formalis generatiōis ipsius. vñ omne qd̄ est quo aliquid fit et genera terminatiū: potest appellari terminus formalis generationis: qualiter est in p̄posito.

Sed contra. quia talis forma precedens non est quadruplicis naturalis que est precedēs: et alterius rationis a creatione seu generatiōe hominis: vt homo est. **P**reterea. illud nō est terminus formalis alicuius actiōis quo posito nō habetur illud yltimate et cōplete: qd̄ ē terminus tota p̄mā. r̄silio ad ipsius actiōis. sic est in p̄posito: quia habita forma p̄cedēs: nō habetur homo vt homo: s̄z aliquid p̄cedēs hominē. igit̄ z̄. **P**reterea. secundū istaz responsionē. Omne alteras alteratōe disponete ad aliquā formā eēt

Articulus

generans illam formam: consequens est falsum: quia alteratio et generatio sunt actiones distincte secundum speciem. **C** Preterea eo modo quo aliquid est: eo modo sit probatur: quia generatio vel fieri est via ad esse: sed homo est homo per animam intellectuam. igitur homo sit homo per animam intellectuam. Sed homo non sit ab homine per animam intellectuam: sed secundum aliquam aliam formam procedentes ipsas. igitur hoc non est homo non sit ab homine: et ita hoc non generat hominem.

Ed hec responderet premitendo quod duplex est terminus formalis actionis seu productionis: quidam est primus: quidam est concomitans. Exemplum. si ignis generat ignem: terminus primus formalis est forma substantialis ignis: terminus vero concomitans est quicquid consequitur ad talē formā substantialē: siue sit caliditas: siue quocumque aliud: et terminus primus potest appellari terminus extrinsecus: sed terminus concomitans appellatur extrinsecus.

Secundo notandum: quod causans aliquem unum terminum: consequenter dicitur causare quicquid consequitur ad ipsum: sicut causans hominem dicit causare risibilitatem: et hoc verum est etiam si terminus ille haberet aliquam causalitatem respectu consequentis: sicut dato quod risibilitas causatur a subiecto per principia sua: non minus causans subiectum. sed hominem: causat etiam risibilitatem: et hoc est quod dicit Commentator. 8. physio. 32. Agens quantum dat de forma tantum dat de accidentibus tantibus ad formam.

Soluū. **C** His premissis responderetur ad primā instantiam: quod anima intellectua non est terminus formalis primus actionis naturalis: sed est terminus concomitans: et ita extrinsecus. Sed ex hoc non sequitur quod agens naturale non habeat aliquo modo causalitatem respectu anime intellectuam: aut hominis ut homo est. Idem enim potest esse terminus primus actionis unius agentis: et concomitans respectu alterius: quoque quodlibet concurrit ut principium et causa ad aliquid causandum.

C Ad aliud responderetur concedendo maiorē cum ista conditione: quod illo posito non habeatur terminus totalis vel primo vel concomitantem: sed tunc minor est falsa: quia habita illa forma precedente in eodem instanti temporis habetur terminus totalis qui est hoc. **C** Et si dicas quod statim ista forma precedente potest deus non creare animam intellectuam secundum theologos: quia ad extra mere libere et contingenter agit. **D**icitur: quod ideo deus possit non creare animam de potentia sua absoluta: non tamē conformiter aegido ad leges prefixas a sapientia sua: que statuit organico et disposito corpore humano ultime: creare animam: et inducere animationes in tali corpore: et ita necessario necessitate immutabilitatis agendo secundum tamē legem: creat animam.

C Ad aliud cum dicitur: quod omne alterans tecum est generans. Responderetur concedendo: ut prius vel primo vel concomitantem: et hoc non inconvenit. Et cum dicas quod alteratio et generatio forme substantialis sunt actiones distincte secundum species. Responderetur quod per alterationem possumus intelligere vel inductiones qualitatis disponentes: vel cum hoc inductiones alicuius forme substantialis ultime: ad quam immediate consequitur forma ultima inducenda. Si primo modo: conceditur: sed sic non capit in pposito alteratio. Si secundo modo: negatur: quod illa inductione ultime forme preparatis subiectum pro forma ultima substantiali non distinguitur secundum species omnino: quod utraq; est ad substantialē vel saltē non sunt omnino alterius rationis: ut de se patet.

C Ad aliam rationem cum dicitur: eo modo quo aliquid

est tecum. Responderetur concedendo totum processum usque ad illam propositionem. homo non sit ab homine secundum animam intellectuam. negatur ista: quia homo sit ab homine secundum animam intellectuam saltem concordanter: licet non primo: ut dictum est: sic quod anima intellectuam sit terminus formalis primus actionis hominis generantis: quare tecum. **C** Ad confirmationem priui argumenti principalis responderetur: quod nutritio est quedam generatione substantialis: et dat nouam formam substantialiem: que immediate disponit ad animationem anime intellectuam: sicut dictum est supra: excepto quod hic non producitur de novo ait a intellectu: sed illa que prout informat et perficit carnes de novo genitam ex alimento.

C Ad secundum principale dicitur: quod abscisa manu sortis: ibi non remanet anima intellectuam: sed aliqua forma que perfuit in toto: per quam manus erat manus: hoc est in specie determinata partis organicae: licet remaneat manus equivoce: ut dicitur septimo metaphysice. textu commenti. 39. in quantum manus est organum officiosum ad exercenda opera vite. Et cum inferatur: quod anima intellectuam que informabat manum transit in toto: et ita migrat de subiecto in subiectum. Responderetur quod migrare de subiecto in subiectum est derelinquere aliquod subiectum informatum prius a forma: et transire in aliud informando ipsum: quod prius non informabat: quod non est in proposito: quia et si anima intellectuam desinat informare manum per abscissionem eius a toto: non tamē transit in toto nouiter ipsius informando: sed soli anima informans toto desinit parte abscisa informare.

C Ad tertium principale cum dicitur quod ex positione: sequitur animam intellectuam esse figuratas tecum. Respondeatur negando consequentiam: tad probatione dicitur: quod subiectum figura est compositum ex materia prima et forma substantiali: que immediate disponit ad animam: siue ista sit forma corporis etatis: siue mixtioris: siue aliqua alia precedens intellectuam. Et concedo quod terminatio quantitatis ex qua resultat figura est ab ista forma: et ex hoc nihil malum sequitur.

C Ad quartum: cum inferatur quod idem numero mouetur motibus contrariis. Negatur consequentia: si inferatur hoc consequens ad hunc intellectum: quod idem numero per se moueretur motibus contrariis: per accidens autem aut secundum partem: non inconvenit. Et concedo istam consequentiam. Anima mouetur secundum manum sursum: ergo mouetur sursum. Et similiter: mouetur secundum pedem deorsum. ergo mouetur deorsum: quia predicta affirmativa simpliciter sumpta inferunt ex se ipsis sumptis sine determinatione non diminuente: neque dividente. Exemplum huius est in hoc. a. est duplum ad b. ergo est duplum. similiter a. est dimidium ad c. ergo a. est dimidium: sed si postmodum inferatur: ergo a. est duplum et non duplum: dimidium et non dimidium: consequentia non valet: sed est ignorantia elenchi: ita ut in omnibus talibus propositionibus in quibus contrahuntur predicta: inferunt affirmativas: in quibus eadem predicta simpliciter includuntur: sed non inferunt negativas: in quibus predicta inferuntur: subiectum simpliciter non conuenire. unde si dico. a. est dimidium: dico ipsius esse dimidium respectu alicuius determinati termini. Si dico. a. non est duplum: dico ipsius non esse tale respectu cuiuscumque. Modo non sequitur. a. est tale respectu huius. ergo respondeo cuicunque: sed est fallacia consequentis. ergo a pari non sequitur. a. est dimidium. igitur non est duplum: sed bene licet inferre predictatum negativum cum aliquali determinatione. s. cum illa que accipiebatur in antecedente

ex quo iferebatur predictū affirmatiū simplr sumptū .v. sic arguedo. a. est duplum ad hoc. ergo non est dīmīdium ad hoc. et dīmidium ad hoc. ergo nō est duplum ad hoc. Sed nō licet inferre. ergo est dupluz et nō duplū etc. His stantibus respondetur q̄ in casu anima intellectua mouetur sursum et mouetur deorsum: non tamen per se: sed per accidens saltem extensiue: vt per accidēs distinguitur contra per se: quia secundum diuersas partes cor pozis sic mouetur. Unde sicut si formica ascendat super lanceam descendentez: mouebitur sursum per se et deorsum per accidens: sic nō erit inconueniēs q̄ idēz moueatur per accidens vtroq̄ motu.

CEt si arguitur. Anima mouetur sursum secunduz manū. igitur fit a centro remotior: et mouetur deorsum ad motum pedis. igitur fit centro propinquior. igitur fit simul propinquior centro et etiam remotior. **C** Ad hoc respondetur negando vtrāq̄ consequentiam. Qd declaratur etiam in his que mouentur per se. Nam si lignum rarefiat: et secundum eius medietatem moueat sursum que sit a. secundum aliam medietatem moueat deorsum que sit b. tunc verum est dicere q̄ lignum mouetur sursum: et tamen non sequitur q̄ lignum fiat remotius a centro. vnde consequentia nō valet in motu locali mixto: sed bene in motu simplici locali. Similiter concedenda est hec consequētia. Anima intellectua mouetur per se sursum. igitur fit remotior a centro: sed antecedēs est falsum: quia ipsa non potest per se moueri loquēdo physis secundū cōmūnē yam. Theo^c conceditur. Et etiā si mouetur sursum ad motum corporis mouetur motu mixto ex motu sursum et deorsuz ratione partiuz: penes quas mouēt: aut denoūt moueri. **C** Et si dicatur q̄ si anima mouetur sursum ascēdit: et si deorsum descēdit: sed ascendere est fieri remotius a centro et descendere est fieri propinquius. igitur propinquior et remotior a centro. **R**espondetur q̄ si detur cōsequētia: nō inconuenit in his que fiunt per accidēs: sed bene inconuenit in his que fiunt per se. et tunc non licet inferre predicata negatiua. Qd videlicet anima sit propinquior et non propinquior ppter ignorantia elechi. vt dc̄m est supra.

Aly tamen dicunt q̄ ascendere et descendere possunt uno modo exponi positiue: vt dicatur illud ascēdere qd fit propinquius celo: et illud descendere: quod fit propinquius centro. Et si sic exponantur: conceditur q̄ anima simul in casu ascēdit et descendit per accidens. Ex quo postmodum non licet inferre q̄ fiat remotiora centro si ascēdit. Quia hoc accipitur negatiue. si exponatur per remotionem a centro. Si vero ascendere accipiatur negatiue et priuatiue. Ita q̄ ascendere sit a cētro remoueri. tunc negabitur ista consequētia. Anima mouetur sursum. igitur ascēdit: quia non fit remotior a centro: conceđetur tamē q̄ mouetur motu ascensus positiue: vt dictū est: sed nō negatiue. **S**z prima responsio ē realior. **C** Ad ultimā consequētiā: que est q̄ anima distaret a se ipsa: quia manus sortis distat a pede: negatur cōsequētia: consequētia tamen concederetur ybi partes distantes haberent animas realiter diuersas: sic q̄ vna haberet vna partem pro subiecto adequant: et alia aliam. Et hoc eset quando anima in sua substantia est natura limitata. **S**z ybi sit illimitata ex cuius illimitatione potest perficere distinctas partes sine sui diuisione: consequētia non valet. partes distat. ergo aia q̄ pficit illas pres distat a se. **C** Ad ultimum principale respondet negādo cōsequētia. Ad probationez dicitur: q̄ duplex est inclinatio naturalis. vna est ad actum primū et est imperfect ad perfectum secundum potētiā esentiale; alia est ad actū

secundum et est perfecti ad imperfectum secundum potentiam accidentalez. Exemplum primi. Inclinatio que est ad esse est imperfecti ad perfectum. Exempluz secundi. Inclinatio ad operari est perfecti ad imperfectuz seu ad perfectionem alteri communicandaz. Ex hoc dicitur q̄ anima nō inclinatur primo modo ad corpus: quia anima manet eque perfecta in esse suo proprio: siue coiūcta: siue separata: tantum in hoc habens differētiam: quia se parata non communicat suum esse alteri: sed bene inclinatur naturaliter. secundo modo oppositum prime inclinationis est violentum et non potest esse perpetuū secundum Aristoti. quia tale violentum poneret inperfectiū perpetuū: quam philosophus habuit pro inconuenienti: quia ponit in yniuerso causas ablatiūs cuiuscunq̄; imperfectionis: sed secunda inclinatio: et si perpetuo suspendatur: nulluz violentū proprie dicitur: q̄ nec impēctio: h̄z inclinatio aie ad corpus est tñ scđo modo.

Sed contra istam responſionem instatur sic. **E**x solo anima est forma corporis: certuz est nib^b haq̄ inclinatur naturaliter ad esse totius compositi. Quod rū ista esse est perfectius q̄; esse anime solum: cum esse compōtiū p̄tū includat et esse anime et esse corporis. **S**z ista inclinatio q̄l̄ aia i ad esse compositi est inclinatio ad actū p̄muz et perfectuz: pprium quā cōcomitatur potētia essentialis. igitur oppositū hu*corp^b* in ius inclinatiōis erit simplr violētū. clinat̄

Preterea. si anima intellectua est forma corporis etc. igit̄ separata vel appetit naturaliter yniiri corpori et perficere corpus: aut non. **S**i sic cum corpus corruptuz non possit redire idem numero per naturam: appetitus naturalis erit ad impossibile p̄ naturaz: qd est inconueniēs. **S**i yō detur q̄ nō appetit naturaliter perficere corpus: sequit̄ q̄ nō est forma naturalis corporis hūani ipm̄ iformans: quod est contra propositum.

Preterea. quecūq̄ duo contraria competit alicui: si ynum competit secundum naturam: reliquuz competit preter naturam: vt patet ex primo celi. textu commenti. 6z. vt si moueri deorsum cōueniat graui naturaliter: moueri sursum inerit contra eius naturalem inclinationē. **S**z anima intellectua naturaliter perficit corpus: vt forma ipsius naturalis. Igitur separatio eius erit p̄ter naturaz: et cōtra inclinationē naturalē ipsius.

Ad hec respondetur **tad** primum dicendo: q̄ cū dicimus aliquid naturaliter inclinari ad esse: et ad actum primuz: loquimur de eē: quod est per se illius: quod sic naturaliter inclinatur: et oppositum istius est simpliciter violentum illi: quod respicit tale esse: et ita si anima naturaliter inclinatur ad esse: inclinatio excludeat oppositum simpliciter violentum: solū inclinatur ad esse propriuz ipsius: et non ad esse compositi. Quod esse est ipsius anime per accidens: quia sibi communicat̄ a composito et oppositum istius esse non est simpliciter violentum: et tale oppositum non inconuenit esse perpetuum: secundum philosophum.

Et si arguas: aut anima naturaliter inclinatur ad corpus perficienduz: aut non. si sic. igitur oppositum est violentum. si non. igitur contranaturaliter inclinatur: et ita contra naturalez inclinationē informaret corpus. **R**epondetur q̄ naturaliter inclinatur ad corpus: et perficit ipsum: non tamen sic q̄ aliquam perfectionem primam et esentiale recipiat a corpore: sed potius cōmunicat: et ista inclinatio que non pertinet ad perfectionez nature: que sic inclinatur: non habet oppositum violentum simpliciter: licet possit appellari violentum secunduz quid: quia non secundum inclinationē nature. **E**t ad illud

Articulus

quod infertur. Si non inclinatur naturaliter, igitur contra naturaliter inclinatur. Negatur consequentia: quia quod est in potentia neutra receptiva alicuius forme; licet non naturaliter inclinetur ad formam: non tamen contra naturaliter inclinatur. Exemplum, superficies neque naturaliter inclinatur ad albedinem: quia non magis in ipsam inclinatur naturaliter quam in oppositum: neque contranaturaliter inclinatur: quia non recipit ipsam contra naturam eius inclinationem.

Sed adhuc instatur: quod anima intellectiva non tantum comunicet suam perfectionem corpori: verum etiam quod ab ipso recipiat. Nam certum est quod anima recipit intelligere ab aliquo existente in corpore, scilicet fantasmatate. Sed ad intelligere naturaliter inclinatur sicut ad propriam operationem: que est finis et perfectio ipsius, ex primo et decimo ethico. igitur et ceterum. Ad hoc dico quod anima non recipit a corpore aliquam perfectionem primam et essentialis: sicut econverso, et ideo magis corpus perficitur per animam quam econtra. Et conceditur quod quantum ad aliquam perfectionem accidentaliter anima dependet a corpore. Sed ista dependentia non est essentialis et simpliciter necessaria. Sicut dependentia corporis ab anima. Nam licet anima ut est in corpore: non possit aliter intelligere quam ex fantasmatibus: ut habetur tertio de anima: et ut intelligere est perfectio hominis: ut homo est: non possit esse sine fantasmatate. Secundus quem intellectum dixit Aristoteles. Nequaquam sine fantasmatate intelligit anima, ex eodem tertio, textu commenti, 30. Tamen aliter quam ex fantasmatibus potest ipsa anima intelligere: et hoc vel per species reseruatas quantum ad precognitam: vel acquisitas ex ipsis obiectis in se: hoc est per motionem ipsorum: quando anima est separata a corpore: qui modus non est ei impossibilis: ut declarat Doctor Subtilis in 4. distinctione 45. questione secunda. Ut secundus alios per influxum ab intelligentiis superioribus. Aristoteles autem locutus est de intelligere: ut est propria perfectio hominis secundum illum status quem reperit: et ideo posuit tantum modum intelligendi ex fantasmatibus. Ex quo concludit: quod licet inclinatio ad intelligere ex sensibilibus sit naturalis anime: ut est perfectio totius coniuncti scilicet hominis: et ut sic separatio anime a corpore sit violenta. Licet igitur et secundus quod pro quanto impedit talen modum acquirendi cognitionem intellectum traditionem hanc de anima luculentissimam reddidere adeo ut illud Ricardi de trinitate ad hoc institutum affirmare possimus. Domine si est errora te decepti sumus. Nam tantis sunt signis firmatae que non nisi per te fieri potuerunt. Illud preterea Maximini in sermone martyrum adiiciendum est: quis inquit. Merito eos colimus: quod periculis suis pugnat: et nostris utilitatibus militat. Qui per huius lucis vestigia cotemperant edocet nos: quantum deo nostro debemus affectum. Et postmodum subdit. Non sine magno discrimine de religionis veritate disputamus: quam tantorum sanguine confirmata videmus. Magni periculi res est: si post prophetarum oracula: post apostolorum testimonia: post martyrum vulnera: veterem fidem quasi nouellam discuteremus: et post tam manifestos duces: in errore primum: et post morientium sudores ociola disputatiōe contendas. Decimile. Ex quibus colligimus: quod quāvis ex aduersariis fundamētis nonnūquam copiæ sententias veritatis catholice repugnantes refellere liceat: et contra eos concetrare phas sit. Quoniam firmū est illud testimonium ad probandum veritatem: quod ab ipsis perhibetur inimicis: securior tamen est via legis et fidei propter rudes: qui ipsorum veritatem in ratōibus intelligibilius et abstractis percipere nequeunt. Ex his appareat quod dominus sit ad questionem.

Ad ultimum per idem respondetur: non insistendo circa intentionem Aristoteli in primo celi: que allegatur ibi. Quod maior que sumitur: habet sic intelligi: quod si unum oppositorum conueniat alicui per naturam (sic quod ab illo perficiatur intrinsece et perfectionem aliquam essentiale accepit) tunc reliquias oppositorum conueniet sibi preter naturam. Et notat̄ dicitur intrinsece et essentialiter: quia tamen superficies recipiens albedinem perficiatur naturaliter per albedinem: quia tamē accidentaliter perficitur per ipsum: si ei inerit nigredo: hoc non erit preter naturam. Sed in proposito minor erit falsa: que assumitur sub ista maiore: quia uniri corpori non sic competit anime: ut ipsa intrinsece perficiatur: ut sepius numero dictum est. Post etiam dici ad intentionem Aristoteles ibi: quod si unum oppositorum preter naturam conueniat alicui: sic quod contra ipsum naturaliter inclinetur: reliquum conuenit per naturam: sic quod ad ipsum naturaliter inclinabitur: et per hoc vult habere Aristoteles. quod si motus sit preternaturalis alicui corpori illo modo: quod aliis sibi naturalis conueniet. Modo se paratio anime a corpore non est sic preternaturalis: quod eque perfectum esse habet separata et coniuncta. Ut post ultimum dici secundum Alcibiades sexto naturalium: quod anima unitur corpori ut acquirat secundam perfectionem suam mediantibus sensibus: sine quibus ipsa perfectio haberi non potest: sicut est intellectio sensibilium: qua acquisita appetitus anime est satiatus: et ideo non est contra inclinationem eius et appetitus: a corpore separari. Exemplum. Juventus est necessarium rusticum: ut perueniat ad fore: sed postquam peruenit ad ipsum: est sibi inutile et oneratum. sic in proposito: corpus est quoddam iumentum anime: per quod acquiruntur species sensibilium: quibus habitus corpus non est amplius sibi necessarium: sed potius onerum.

Ex quibus omnibus appareat veritas incomuta. Epylobilis fidei animam esse corporis fore: atque main multiplicatam ad multiplicationem corporum humanorum. Quā reliqua leges etiam approbarunt: sed scripturam nostrae testimoniorum longe amplius attestantur. versus ora culi prophetarum: voces Apostolorum: exempla sanctorum: tormenta martyrum. Ac denique Jesus Christus salvator noster doctrina et miraculis confirmavit: posterius eius imitantes vestigia traditionem hanc de anima luculentissimam reddidere adeo ut illud Ricardi de trinitate ad hoc institutum affirmare possimus. Domine si est errora te decepti sumus. Nam tantis sunt signis firmatae que non nisi per te fieri potuerunt. Illud preterea Maximini in sermone martyrum adiiciendum est: quis inquit. Merito eos colimus: quod periculis suis pugnat: et nostris utilitatibus militat. Qui per huius lucis vestigia cotempit edocet nos: quantum deo nostro debemus affectum. Et postmodum subdit. Non sine magno discrimine de religionis veritate disputamus: quam tantorum sanguine confirmata videmus. Magni periculi res est: si post prophetarum oracula: post apostolorum testimonia: post martyrum vulnera: veterem fidem quasi nouellam discuteremus: et post tam manifestos duces: in errore prima neas: et post morientium sudores ociola disputatiōe contendas. Decimile. Ex quibus colligimus: quod quāvis ex aduersariis fundamētis nonnūquam copiæ sententias veritatis catholice repugnantes refellere liceat: et contra eos concentrare phas sit. Quoniam firmū est illud testimonium ad probandum veritatem: quod ab ipsis perhibetur inimicis: securior tamen est via legis et fidei propter rudes: qui ipsorum veritatem in ratōibus intelligibilius et abstractis percipere nequeunt. Ex his appareat quod dominus sit ad questionem.

**Solui
tur rō
ppe
qnis
falsi
gōnis
foz.** **Ad rationem** in oppositum in principio respon-
detur concedendo maiorem. Quod
intellexus est abstractus a materia et mixtus tribus mo-
dis: ut dictum est supra. Tunc quod non est realiter compo-
nitus ex naturis corporalibus: ut ponebant antiqui. Tunc
eriam finis Aristo: quia non est virtus organica: quia non videtur
organum in operando. Tunc 3^o quia non est extensus ad
extensionem materie: sic quod quantitas aut materia sit ratio
recipiendi ipsum intelligere: sicut potentia organica recipit
mediante quantitate: aut etiam materia et quantitas sit
ratio eliciendi et producendi: vel scilicet causa sine qua non:
respectu operationis que est intelligere. Potentia enim
extensa non recipit actum et operationem: nisi concurre-
re quantitate et materia. Similiter obiectum non causat
actum et operationem in potentia: nisi sit quantum: sicut
color si esset sine qualitate et indivisibilis non posset simulare
yolum. Usus etiam nisi haberet quantitatem aut mo-
dum quantitatum non posset immutari a colore quanto:
sicut forte oculus Iesu Christi in sacramento altaris: quoniam non
sit ibi modo quantitativo: non potest moueri a colore. Sed
tamen ex his non conceditur quod sit immixtus et separatus
a materia: finis esse sic quod non informet materiam. Et ad mi-
norem negatur quod forma que est sic immixta et separata:
ut dictum est: non informet materiam: et sit ei unita per in-
formationem. Et ultius conceditur quod ex operari sepa-
rato ab organo: et ab extensione materie. Aucto-
ritate esse separatum anime finis hunc modum: Quia habet
aliquas virtutes non organicas: neque exteras sicut est in-
tellexus agens et possibilis. Et ad illud: quod operatio non est
abstractior quam substantia anime vel forma: cuius est ope-
ratio (De hoc satis dictum est supra) concedo quod sicut ope-
ratio est abstracta ut dixi: sic etiam substantia anime. Sed
quoniam infers quod sicut operatio anime non communica corpori
tanquam subiecto: sic subiecto anime. Negat consequentia.
ut patet ex dictis superioris in isto articulo diffuse. Et sic
finis hunc questioni impositus est: fons de genitrici.
Et diu Antonio: quorum gratia de hac materia ambi-
guitas et perplexitas omnis abscessit: et intellectus in ye-
ram et clarissimam lucem exilyt. Quibus eterno gratie im-
mortales habende sunt.

Nos ioannes anto. Patainus ordinis Mino-
rus Artium et Sacre Theo-
logie professor: Paduanus ac Vincentine Dyocelum De-
retice praeuitatis Inquisitor: ut mandatis Reuerendissi-
mi in Episcopatu et Dni Colendissimi Dni Petri Barro-
cy Episcopi Paduaniani: nec non eiusdem Study Lancella-
ry Grauissimi satisfaceremus pareremusque: Auctoris est
dicti Tractatus voluntati more gereremus: ne quid viti-
aut heretice labis: per veritatis inimicos post renuntiacionem ap-
probatus opus a prelibato Pontifice: supseminaretur: sed in
sua sinceritate remaneret: primus horis astitimus: et quod po-
tuimus vigilancia: cuiusdebet integritati: dum ipsi timeret visus
ad finem incibuumus. Letez cum Antonius pluralitas ex
Articulis seu principiis Orthodoxe fidei clare sequatur: di-
ctam Lamentatoris Auer. in eius prima et septima conclu-
sionibus assertione ut hereticam et pestiferam auctorita-
te Apostolica nobis commissa denunciamus: ut et iam per
bone memorie Magistrum Marcum Inquisitorem: et hoc
anno. 1498. per nos Pataini determinatum fuit. Nullis
itaque in Paduania et Vincentina Dyocesis nunc degere
tibus aut in futuris: sub execracione pena: tria monitione
canonica premisa: in posterum licebit placitum Auer. opi-
niones tanquam veram et certam asserere. Sed tamen modo
talem fuisse Auer. sententiam: qualiter iam danauiimus:
huius disputationibus affirmare possint.

Conclu-
dit tractatus primissus de humanarum animalium pluralita-
te contra Auer. per Eximium Theologum ac Philemonem Me-
tham Monarcham. M. Antonium Trombetaz Padua-
num Provincie. S. Antoni de Padua ordinis Minori
Ministrum Dignissimum Patauno in Studio pro
primo loco Metaphysicam legentem determinatus. In
preclarissima Veneria Urbe Nobilis Uiri. D. Octa-
viani Scotti Liuis Modoetensis Impensa. Lura vero
atque diligenti artificio presbyteri Boneti Locatelli Im-
pressus. Sub anno salutis mudi. M. CCCCXCVIII.
Die Mensis Octobris. XXV.

FINIS.

Tabula

CTabula premissi tractatus de pluralitate animarum contra Auerroystas: omnes eius preci-
pias materias sūm foliorum numerum complectens.

R ima pars	Primi Articuli principalis que est de assertione Auerroys in tali materia: habet conclusiones septem.	
C	Prima conclusio. Anima intellectua nō est forma nālis tactus p̄mus humani corporis.	Folio. II.
C	Secunda conclusio. Anima humana nō est forma: tñ humani corporis motrix.	Fo. II.
C	Ibi inducitur contra quosdam Auerroystas: an ad Metaphysicū vel p̄m:anīe cōsideratio spectet.	
C	Tertia conclusio. Anima humana cum corpore nō constituit ynum: tñ ynitate ordinis.	Fo. III.
C	Quarta conclusio. Homo non est intellectualis aut intelligens per receptionem a fantasmatē, ibidem.	
C	Quinta conclusio. Anima in quadruplici dependentia ad corpus: constituit ynum cum ipso.	Fo. III.
C	Ubi habetur q̄ Auer. constituit hominem in esse specifico per cogitatiuam. Et q̄ intellectus intelligit obiecta: tñ attēendo ea: tñō precise per receptionem eorum intellectiōnis in se.	
C	Incidens conclusio. Auerroys. Anima intellectua semper ynitur corpori. v3. actu aut habitu.	Fo. III.
C	Notabilis difficultas deinde mouet: cuius occasione inducuntur due incidentales cōclusionses.	
C	Prima. Intellectus agens causat intellecōnem in intellectu possibili.	Fo. III.
C	Secunda. Intellectus agens p̄ducit speciem intelligibilē in intellectu possibili p̄iuā actui intelligēdi.	Fo. V.
C	Sexta conclusio principalis. De intentione Auerroys et Aristotelis (licet aliqui dicant oppositum) Anima ratio- nalis est icorruptibilis et imortalis. Quā conclusionem rationibus in dictis Arist. fundatis: cum Auctoritatibus eiusdem multipliciter probat. Instantias contra eam optime euacuando.	Fo. V. VI. et VII.
C	Septima conclusio principalis Lōmentatoris. Anima intellectua in omnib⁹ hoib⁹ afferit esse ynica.	Fo. VIII.
C	De intellectu possibili antiquorum opinione in quo dissentiant: clare exponuntur.	Fo. VIII.
C	Fundamenta Auer. de intellectu possibili que euacuabuntur. fo. XIII. ponuntur.	Fo. VIII.
C	Difficultates siue instantias quatuor quas mouet Auerroys contra se: non bene se soluissē. XV. folio ostende- tur: inuenies.	Fo. IX.

Horū occasiōne incidenter inducitur tractatulus de potentialitate intellectus secundus Auerroys
per tres conclusiones digressivas.

C	Prima conclusio digressiva. Intellectus possibilis nō est ens in pura potentia obiectiva.	Fo. IX.
C	Secunda conclusio. Intellectus p̄sibilis est ens in pura potētia subiectiva respectu formaz & tētionaliū.	Fo. IX.
C	Tertia conclusio. Intellectus possibilis est in potentia passiva tantum.	Fo. X.
C	De potentialitate vel actualitate intellectus possibilis: Auctor hic non diu moratur: sed diffuse per duo folia tra- ctatur multum speculatiōne et lucide hec materia sūm veritatem.	XVI.

Secunde partis p̄ni Articuli prima pars premissae opinionis Auer. impugnatia.

C	Octo yis oppositum prime conclusionis Auerro. aperte et catholice demonstratur	X.
---	--	----

atq̄ concludit. Fo.

Destruitur eadem conclusio Auer. improbando ipsius fundamenta de hoc suo errore.

Fo. XII.

Quinta Lōmentatoris cōclusio rationibus reprobatur de anime. v3. dependētia ad corpus.

Fo. XIII.

Secunde partis p̄ni Articuli secunda pars. Que tripartita est: ostendens primo ynicum non esse intel-
lectum in omnibus.

Fo. XIII.

Secundo fundamenta et rationes Auer. folio. VIII. pro illa p̄ne posita: reflectunt ī ipsius ppo".

Fo. XIII.

Tertio. Solutiones obiectionum contra intellectus ynitatem: quas Auerro. fo. IX. contra se fecerat: insufficien-
tes ostenduntur.

Fo. XV.

Postremo incidenter sed occasionaliter: redit ad tractandum de potentialitate intellectus: de qua iuxta mentes
Auer. fo. IX. et X. transitum fecerat: diffuse hanc materiam et speculatiōne determinat contra eundem Auer. in-
tellectum possibilem, s. nō esse in pura potentia passiva.

Fo. XVI.

Inducuntur tñ multe instantie et rationum et auctoritatū ī hanc p̄nem: sed lucidissime euacuant.

Fo. XVII.

Consequenter quomodo idem possit esse in actu et in potentia vel nō esse admodū p̄clare doceſt.

Fo. XVII.

Secundi articuli p̄ncipalis prima pars. An opinio Auer. fuerit opinio Aristotelis.

Prima p̄. Q̄ sūm Arist. Bia intellectua est humani corporis forma.

Fo. XIX.

Illam fuisse Aristotelis mentem multis fundamētis et rationibus atq̄ auctoritatib⁹ astruit.

Fo. eodem.

Premissa conclusio multiplicium instantiarum solutionibus roboratur.

Fo. XX.

Secunda conclusio Arist. Anima humana est separata: īmixta: et impassibilis.

Fo. XXXI.

Claris distinctionibus et fundamentis probata conclusio quo ad tres eius partes: mouet difficultatem de pa-
ssione intellectus declarando morose in eo esse passionem perfectiū: sed nō corruptiūam.

Fo. XXXII.

Mouetur item aliud singulare quesitum: qualiter anima omnino spiritualis potest esse perfectio et actus corpo-
ris: q̄ pulchris et aptis evidentib⁹ aperit et manifestat.

Fo. XXXII.

Tertia conclusio Aristotelis. Q̄ anima intellectua presupponit et coexigit secum aliam formam in cōposito. v3.
formam corporeitatis.

Fo. XXXIII.

Illam conclusionem probatam multis elucidat disputationibus et solutionibus.

Fo. XXXIII.

Q̄ mens Arist. omnino fuerit que p̄missa est in his tribus cōclusionib⁹: a qua ipse Auerroys vt: etiaz ab alys anti-
quis: turpiter exorbitavit: in epilogo huius partis pulchre ostendit.

Fo. XXXIII.

Secunda pars secundi Articuli principalis rationum Auer. solutiua.

Primo rationes pro ynitate intellectus posite folio. VIII. et folio. XIII. cōtra Auer.
reflexe: soluuntur hic.

Fo. XXXIII. et XXXV.

- C Innenies subtilem disputationem de alaruz infinitate in actu: que forte mouit Lōmentatores: si processus solutiōis
sexti Argumenti principalis Lōmentatozis pro vnitate intellectus asperceris. Fo. XXXV.
- C Secundo rationes Auer. supra in fo. II. pro eius prima conclusione adducte: hic soluuntur. Fo. XXXVI.
- Tertius articulus** principalis ad questionem iuxta Catholicā veritatem.
- C Conclusio prima contra hereticos. Anima intellectua non est producta de divina substantia. Fo. XXXVII.
- C Secunda conclusio. Anima intellectua potest ante corpus creari: que conclusio multis instantijs & solutionibus
disputatur. Fo. XXXVII.
- C Tertia conclusio. Anima humana de facto eis corpore creatur & simul eidem infunditur. Fo. XXXVII.
- C Epylogus conclusionis p̄ncipalis totius tractatus perueniente concluditur. Fo. XXXIX.
- C Rationis facte fo. II. pro parte falsa & negativa questionis solutio habet. Fo. XXXC.

Sinit Tabula.

Registrum

a	C Tractatus	d	p̄fuit: saltem
b	C Erimij	e	C Tertia
c	concedit.	f	multi dicunt
	in contactu		
b	p̄bat Auer.		libis. Alio
	naliter &		intellectua
	vias cognitio		ex quo
c	nouit: R̄ndet		Finis.
	C Contra		
	nem sp̄ualiz:		

Ad amplissimuz. P. sapientissimuz Theologum
Frem Antoniu Trombetam Patauini Ordinis
Minorū Provincie Sancti Antonij Administrum
honoratissimū carmē Pauli Amalthei.

Ab pia Lernea possederat Hydra paludez:
Septeno euomitās gutture virus atrox.
Seuisq; letifero maculauerat omnia tabo:
Buz pecudes: boies: dī morerent aues.


Lui caput e collo si quis deciderat vnum:
Prompta erat in septem luxuriare iubas.
Impiger Alcides ferro & face contudit illam:
Et iacuit centum belua verticibus.

Senior Ausonios infecerat Hydra recessus
Andiqz: & in toto repserat orbe frequens.
Seruz Virus atrox seruz tulit horrida mortes:
Aulneribus tortiens illa refecta suis.

Hec erat Hispani sententia sacra sophiste:
In Phlegetonte progenerata lacu.
Unica mens boies passim diffusa per omnes:
Atq; intellectus omnibus vnuis erat.

Huc manus Alcides sumptis Antonius armis
Venit: & aggreditur persequiturq; feram.
Dissipat hanc ferro: face cōprimit: oraq; tundit
Ictibus: & quantum pullular: ille necat.
Si meruit celum claua Thyrinthius Iheros:
Antoni ingenio quid mereare tuo?

In
854



... etiam quod deinde in libro de rebus Hispaniarum dicitur. Et hoc est ab aliis. Et hoc est ab aliis.

... etiam quod deinde in libro de rebus Hispaniarum dicitur. Et hoc est ab aliis. Et hoc est ab aliis.

... etiam quod deinde in libro de rebus Hispaniarum dicitur. Et hoc est ab aliis. Et hoc est ab aliis.

A. R. C. S.

b	caecilius	campanus	D
c	caecilius	campanus	D
d	campanus	campanus	D
e	campanus	campanus	D
f	campanus	campanus	D

